

EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI;
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

Xa. 4

LVDOVICI
GRAVII MEDICINAE DO-
CTORIS ET PROFESSORIS OR-
DINARII IN INCLYTA ACADEMIA
HEIDELBERGENSI.

THESES DE PESTE:
IN QVIBVS PESTIFERÆ LVIS
*natura, præseruatio & curatio methodicè exponuntur,
nonnullæq; quæstiones circa eam materiam con-
trouersæ accuratè discutiun-
tur.*

TEMPORE ET LOCO
CONSVETO AD DISPVTDVVM
propositæ.

RESPONDENTE
M. GEORGIO SCHALLINGIO
RATISPONENSI.

HEIDELBERGÆ
Excudebat Iacobus Mylius.

M. D. LXXXIII.

P R A E C I P V A E H A R V M
T H E S I V M A S S E R T I O N E S, Q V A
rum rationes in Theſibus ex-
plicantur.

I.
Omnem peſtem febrem eſſe putridam.

II.
Præſeruativa remedia Bezoartica non eſſe propter eam opinionem varian-
da, qua dicitur, Bezoartici præſeruativi operationem, ex aſſiduo eius uſu aſſue-
facta natura, impediri.

III.
Amuleta aliqua per imaginationem magis quam realiter in peſtis præſerua-
tione prodeſſe.

IV.
In peſtis curatione antidotum Bezoarticam exhibendam eſſe, antequam
vena, ſi qua ſecanda ſit, ſecetur.

V.
A medicamentis uehementer purgantibus in peſtis curatione eſſe abſtinen-
dum.

VI.
Venæ ſectiōnem in peſtis curatione non quidem omnimodo eſſe reiſciendam,
ſed adhibendam ſaltem in peſte, utpote febre peſtifera humorali, eaq̄, exiſtente
in corpore plethorico, conſentientibus circumſt. reliquis &c.

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI
AC D. D. LVDOVICO III. COMITI PA-
LATINO RHENI, BAVARIAE DVCI & C. SACRE
*Rom. Imperij Archidapifero & Electori, Domino
suo clementissimo.*

RVDENTER, legibus Acad. celsitud. tuæ,
Illustrissime & clementissime Princeps Ele-
ctor, constitutum est, vt facultatis Medicæ
Professores quotannis, pro exercenda stu-
diosa iuuentute, publicas habeant dispu-
tationes, quarum materiam vel ex ordina-
rijs prælectionibus, vel ab occasione morbi alicuius po-
pulariter grassantis depromant. His legibus vt à me quoq;
satisficeret, hanc de peste disputationem publicæ propo-
nendam esse duxi. Quippe non solum lues ea, quæ præte-
rito anno in vicinas vrbes & pagos grassata est, nec dum
quidem remisit prorsus: Sed ordo etiam publicarum mea-
rum prælectionum, quibus curationem reliquarum fe-
brium iam absolueram, hoc requirebat, vt mihi pestiferæ
febris tractationem publicè docendo explicandam quo-
que sumerem. Quapropter hæc de pestis essentia, causis,
præseruatione ac methodica curatione, theses, ea diligen-
tia & dexteritate qua potui pro ingenij mei captu, & qua
per multas variasque, quibus distinebar occupationes, li-
cuit, conscripsi. Quid hac in re præstiterim, penes alios iu-
diciū esto. Non sane ad ostentandum ingenium, vel
singularem doctrinam, quam in me nullam esse libenter
agnosco, laborem hunc qualemcumq; subiui: (equidem
nouo meo me meriri pede) sed eò potius spectauī, quo
doctrina de peste, auditoribus meis ordine atq; methodis
cè proposita, innotesceret melius, atq; vt quid de quibus-
dam questionibus in tractatione de pestilente lue con-
trouersis, sentiam, per theses publicæ censuræ propositas,
A 2 explicat

*unde disputat in
Academijs prima
pars.*

explicare possem rectius. Qua in re, si non id assequutus
sum quod volui, plurimum tamen obtinuisse me putabo,
vbi doctiores huius temporis medicos hoc meo scripto
ad examinandam de quæstionibus dictis sententiam me-
am excitauero: Quorum rationibus, si quas meliores con-
tra me attulerint, vt libenter sum acquieturus, ita vicif-
sim, si quidem has meas theses ipsis placere videro, confir-
mabunt me magis in sententia, quam, ante me quoque,
viri in arte medica magni & celebres, vtpotè rationi & ex-
perientia consentaneam, similiter magna ex parte appro-
barunt. Tuæ autem celsitudini, illustris. Princeps Ele-
ctor, hanc meam Lucubratiunculam dedicare placuit,
partim vt ipsi prælectionum mearum specimen aliquod
exhiberem, partim verò vt occasione hac, quàm dudum
mihi dari expetiui, mei, erga celsitud. tuam animi gratitu-
dinem atq; obseruantiam restatam facerem, pro summa
ea clementia, qua Academiam tuam hætenus semper
complexus es, proq; beneficijs quibus me quoq; singula-
riter, & in primis nuper admodum clementer atque beni-
gnè affecisti. Quod quidem, erga celsitud. tuam gratitudi-
nis atq; obseruantiaæ meæ testimonium, vt clementiani-
mo à me suscipias, qua debeo & possum submissione eti-
am atq; etram oro. Deus opt. max. celsitudinem tuam in-
columem conseruet & regat, vt patriæ pater, & Academiae
tuæ patronus, & conseruator clementissimus, quibus no-
minibus merito celebraris, diu esse possis, Amen. 21. Ia-
nuarij, Anno 1583.

Celsitud. tuæ
obseruantissimus.

LVDOVICVS GRAVIVS
Philosophia & Medicinae
Doctör.

EPIGRAMMA

IN ERVDITISSIMAS DIS-
SPVTATIONES DE PESTE, IN SCHO-

LA MEDICORVM HEIDELBERGÆ A CELEBERE

rino Medico D. LVDOVICO GRAVIO, Professo

re ibidem propositas.

Dum tonat ira Dei, super agræ crimina terra,
Parturit hæc pestem, quam pariendo, perit.
Lurida sic fœtus facies, sic vliere fœta
Pectora, sic matris funera fœtor agit.
Ora fluunt tabo, labris hiat, æstuat intus
Æstus, & afflatus transitione necat.
Regius haud aliter serpens tactuq; oculisq;
Euirat, opposito corpore virus alens.
Vt furat, ve cunctis furor addat funera, fœnus
Non agit, à speculo concidit inde specu.
Tu speculum hoc Diæ mentis, tu nobilis Icon
Humanae Sophiæ: Sic Ludoice sapis.
Ingenij radio, luis hinc eradere germen
Monstras, ne matri germinet illa necem.
Non vis vlla grauis, grauior via nulla grauabit,
Auspice te Graui, nec graue virus erit.
Meta sed est votis, fatorum stamine victo,
Si duce te legimus, quo modo auctis, iter.
Quam benè conueniunt clari tibi nomina Graui
Dum minus, hæc Nicro monstra fugare, fugis.
Atq; Palatini Ducis inelyta scepra tuêris,
Hæc ne peste graui polluat atra lues.
Hinc comitum nomen, dum fossa atq; aggere Regni
Hostis ab insultu, tuta tuendo parant.

A 3

Nominis

*Nominis antiqui titulis, & voce triumphent
Multi, re Medicis comis es, atq; comes.
Ergo tibi plenos Panacea attexit honores:
Laudibus & spargit cinnama viua tuis.
Vt Pythona grauem quondam cum strauit Apollo:
Libera libat ei floreaserta salus.*

ALBERTVS TVVESTRENG,
Hamburg: Saxo. Med. Doctor

AD LECTOREM.

DE seua, Medici scripserunt dissona, peste,
Quoq; venit varie saepe petita salus.
Verior at multo Grauij mens praevalet vna,
Ipsi subscribas: Vel mage vera doce.

MICHAEL SCHENCKIUS,
Med. Doctor.

AD VIRVM CLARISSIMVM
DOMINVM LVDOVICVM GRAVIVM, ME-
dicinae Doctorem, &c. Praepto-
rem suum.

MVsa quid Aecides, quid quae so Tyrintius heros:
Commeriti, letho quando dedere viros?
Fallor an hos partum per bella cruenta, per arcus
Praclarum magno nomen in orbe manet?
Est ita. Nam volitant per terras mille, per ora
Millia & insigni laudis honore micant.
Huic ego: Si magna penes hos praeconia laudis,
Qui tristem accelerant ense manuq; necem:

Maiores

*Maiores erit virtus & maior gloria, vitæ
Auxiliatrices qui tribuere manus.
Vita bonum: mors atra malum: mala qui dedit, expers
Laudis: at hac, vitam qui dedit, usq; viget.
Hec ubi fatus eram, ridens blanditur amicè
Pieris & nutu comprobat illa suo.
Ergò Machaonia decus artis, maxime Grauj,
Gloria nunc surget maior in orbe tibi.
Pestiferum procul hinc etenim Pythona repellens,
Hoc patria donas dogma salubre tue.
Dogma salubre pio civi doctoq; Lyceo,
Quod iubet in patriam gratia, candor, amor.
Sic, veluti Smintheus ubi fixit Apollo Draconem,
Post ludos festos laurea ferta tulit:
De viridi nectant Lauro & de Rore marino,
Pierides capiti florida ferta tuo.
Te pietas foueat: Te patria tollat ad astra:
Te celebret niueis gloria vecta rotis.
Ipsa Hygiaa novos etiam nunc sedula flores,
Colligit atq; herbas in noua ferta tibi.
In noua ferta tibi, quæ non musca improba tangeret,
Et quæ non rodet noxia vespa. Vale.*

M. ROEHOLPHVS SCHLICKIVS.



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.



THESES DE PESTE.

I.

Pestis vocabulum à Græcis λοιμός dictum, etsi quidem alij aliter, æquiuoca nempe appellatione, hæcenus vsurparint, nunc per pestem bubones, Parotides, Carbunculos, &c. intelligendo, nunc ipsum contagium in aëre existens pestem appellando. Nostamen pestis nomine propriè sumpto, rectius morbum ipsum, quam eius causas vel symptomata pestem appellari statuimus.

*Quid pestis
est.*

II.

Hac appellatione pestis sumpta, febris est putrida, contagiosa, Epidemialis, Venenata, vt plurimum exitiosa, excitata ab aëre venenato, cordiq; communicato.

*Quid pestis pro
trinit.*

III.

Febris hæc, prout aliæ quoq; febres non malignæ, ratione subiecti primi, triplex existit: nempe vel Ephemera vel Humoralis vel Hæctica: Putrescentibus videlicet à contagio, cordis aut spiritibus, aut humoribus aut substantia.

*Complex febris
putridalis.*

IV.

Humores autem putrescunt in peste reuera in ipso corde. Præterquam enim quod gradus putredinis, malignitatem iam coniunctam habens, aliaq; pestem, febresq; pestilentes à reliquis febribus putridis non malignis distinguunt: eæ hac ipsa etiam ratione ab inuicem differunt, quod in putridis non malignis, humores cordis non tam reuera putrescant, quam quod ab humorum alibi, vel extra vel intra vasa putrescentiū, vaporibus putridis, ad cor translatis, in ipsos cordis humores, quibus permiscentur, intemperies febrilis imprimatur.

*Diffin inter febres
putridas & febres
malignas.*

B

Spiritus



V.

*An spiritus cordis
p[er] insensum*

*4. Methe-
oror.*

Spiritus cordis, licet, si propria ipsorum natura consideretur, qua purissimi optimeq; temperati sunt, haud putrescant, dum tamen ab ea recedunt, impuriore, intemperantioresq; facti, putredini obnoxij redduntur vehementer. Adde quod Aristoteles affirmet, omnia præter ignem putrescere: Ignem vnicum sua siccitate putredini aduersari, caloreq; summo, reliqua omnia ad se collata alimenti vices subire cogere.

VI.

An substantia cordis p[er] insensum

*3. de præ-
sag. ex pul-
sib. cap. 4.*

Substantia cordis quod in peste putrescere possit Galenum affirmare ex eo liquet, dum ait: Vbi aer, quem inspirando attrahimus infectus putredine sit, ac putredo attingat corpus cordis, tales fiunt pulsus, &c. Per corpus autem intellexisse eum cordis substantiam inde patet, quod subiungat multos fuisse superstites, quibus calor putridus ad humores, quos continent cordis sinus, magis deflexit quam ad corpus ipsum visceris, &c. Interim tamen arbitramur, substantiam cordis à pestilente contagio, mutari magis secundum ipsius temperamentum, insigni quadam transmutatione, putridam qualitatem insignem ipsi inducente, quam ut secundum substantiam corruptionem, qualis in Gangrena fit aut Sphacelo, cor subire possit citius quam æger moriatur. Vnde est quod Galenus in hæc verba scripserit. Quam enim excogites medicinam ad putredinem, quæ cor occupauit? Et ut Trincauellæ utamur exemplo, idem ferè cum cordis substantia in pestilente Hæctica fieri putamus, quod in dolijs, quibus vinum seruamus: In ijs, si vinum interdum marcescat vel putrescat, atq; diutius in dolio seruetur, quamuis dolium non putrescat, semper tamen malam quandam à vino contrahit qualitatem putredinosam: Quippe putridum quandam

*3. præfag.
ex pul.
cap. 4.*

o iorem

Odorem retinet. Sed de cordis substantiæ putrefactione,
plura traduntur infra in thesibus 132. & 133.

VII.

Quanquam autem pestis, atque febris pestilentialis, <sup>in pestis corporalis
et febris diffi-</sup>
quandoq; pro Synonimis ponantur: Per febrem tamen
pestilentialem, quæ, melioris distinctionis causa, rectius
febris maligna, aut mali moris appellatur, veteres propriè
intellexerunt (cui distinctioni & nos ad stipulamur) fe-
brem non ab aëris contagio contractam, sed potius ex vi-
tioforum humorum in corpore putrescentium, maligna
qualitate excitatam. Vnde Galenus tradit febrem pesti-
lentialem propriè dictam, citra pestem cacochyma cor-
pora inuadere.

Lib. 3. cap.
4. de pras
sag. ex puls
sib. & exo
posit. text.
57. in 3.
Epid. de
Hipp.
com. 3.

VIII.

Differt idem pestilentialis febris à peste, vel hæc etiam
ratione, quod nempe non omnis pestilens febris Epide-
mialis sit vel contagiosa, ut est ipsa pestis: Quodq; pesti-
lentialis febris plerunq; mitiora symptomata habeat,
quàm pestis vera.

com. 3.

IX.

Nihil interim impedit, quo minus quispiam ab initio
quidem pestilentiali febre laboret saltem, ex quo pestilens <sup>in pestilentialis
febris sit contagio,</sup>
contagium exhalans, aërem vicinum corrumpat: Vnde
postmodum mediante aëre corrupto, contagium in alios
translatum, pestem veram in ijs efficiat.

C A V S A E.

X.

Pestis causæ aliæ externæ sunt, pro catartica alias ap-
pellatæ. Inter eas præcipua est aër corruptus extra corpus
existens, seq; intra illud mediante respiratione per os na-
res atq; cutis poros insinuans.

B 2

Corruptus

XI.

*Corruptibilis aër corruptionis
patris*

Corrumpitur aër, vel quia ipsemet putrescit: vel quia putridus & venenatus aliquis vapor, isq; aut ex cadauerum multitudine non humatorum, aut ex lacubus vel paludibus, aut ex hiatibus terræ, aut aliunde etiam euaporans, cum ipso verè miscetur: Vel quia contagium aliquod malignum, ex corpore peste iam corrupto, exhalans, aëri, tanquam vehiculo communicatur.

XII.

*Cibus et potus. hi
non sunt: tamquam
sunt aëris corruptionis
non afferuntur.*

*Gal. I. de
diff. feb.
cap. 6.*

Cibi mali siue putres, aut alioquin vitiosis humoribus materiam suppeditantes, item potus corrupti, etsi quidem ad pestis generationem plurimum momenti adferre possint, eam tamen sine aëris corruptione aliqua efficere nequeunt: Quae non accedente febre potius malignas aut mali moris, pestilentiales aliàs dictas producant. Remotiores causas externas breuitatis causa omittimus.

XIII.

Inter antecedentes causas potissimum locum habet corporum κακοχυμία: πληθώρα item, venarum ἔμφραξις atq; pororum cutis σέγνωσις quatenus putredinem in corpore promoueret, ad antecedentes causas rectè referuntur.

XIV.

Causæ coniunctæ rationem habet, aër corruptus seu contagium ipsum, iam intra cor receptum, eiusq; aut spiritus aut humores aut substantiam putrefaciens.

SIGNA.

XV.

*Corrupta signa
pauca sunt
signa*

Signa pestem præsentem ostendentia plurima quidem sunt: Ex ijs verò paucissima haberi possunt παθογνωμονικά, quæ manifestè eam indicent: quod pro varia atq; multiplici complexionum diuersitate diuersa conspiciantur

συμπλήρω.

συνήματα vel signa: Vnde fit vt ægrotantes sæpè à peste
opprimantur citius quàm eam adesse conspicuum sit.

XVI.

Ex certioribus autem hoc non postremum est, subita-
nea nempè virium, præsertim vitalium, sine manifesta
causa, vt dolore, euacuatione insigni, vigilijs, aliaue vires
dissolvente, &c. imbecillitas.

XVII.

Calor febrilis omnes quidem peste iam correptos ne-
cessario comitatur: In multis tamen adeò blandus atque
mitis & subdulus existit, vt ab egro vix sentiatur, à medico
non nisi exercitato deprehendatur, in pluribus externa
membra frigere, interna vri quasi videantur.

XVIII.

Bubones, carbunculi, parotides, alijue tumores ex cor-
pore subito erumpentes, inter certiora signa referri quoq;
possunt.

XIX.

His adde Rigores, horrores, lassitudinem totius corpo-
ris, pectoris angustiam, anxietatem, animi deliquia, capi-
tis grauitatem & dolores, somnolentiam, deliria, Nause-
am, cibi fastidium, vomitus, sitim, anhelitus atque sudo-
rum graueolentiam. Reliquorum item excrementorum
fætorem atque syntexin, hæmorrhagias præsertim nari-
um, hypochondriorum inflationes aut tensiones, ventris
dolores, conuulsiones, &c.

XX.

Vrina crassa, turbida, fœculenta subiugalis, pulsus item
inaequalis, putredinem quidem magnam in corpore late-
re ostendunt, atque pestem non raro, non tamen semper
comitantur: Vrinæ enim in aliquibus peste correptis
aqueæ atque tenues, in alijs serum lactis referent. Sæpe

An pulsus aliter
in febre
In naturali vrina parum aut nihil ferè differentes conspiciuntur. Pulsus verò, quandoque, vt Auicenna refert, non alteratur alteratione magna: adeo vt in multis manifesta alteratio pulsus animaduertatur non prius, quàm mors iam præ foribus sit.

XXI.

Multa alia & infinita Symptomata, quæ breuitatis causa hoc loco omittuntur, feбри pestiferæ accidunt. Omnia nanque vt testatur Paulus Aegineta ex Ruffi commentarijs grauißima pestilentia superueniunt: Cuius rei euidentissimum nobis præbet exemplum pestis Atheniensis à Thucidide luculenter descripta. Cuius tanta fuit sæuitia, vt ne vlli quidem totius corporis facultatum pepercerit actioni.

XXII.

Ex enarratis autem signis, aliqua omni pestiferæ feбри sunt communia, aliqua diuersas ipsius differentias, vt potè vel Ephemeram, vel humoralem, vel Hecticam, comitantur magis.

XXIII.

In Ephemera .n. crebriora fiunt animi deliquia: Sæpe etiam in Syncopen ephemera febre correpti incidunt. Ex reliquis Symptomatibus vel signis, licet multa cum ephemera pestilente concurrant, mitiora tamen illa sunt. Quamquàm nihil ominus febris ipsa tam sit quandoque seua & maligna vt intra paucas horas hominè interimat. Talis Luteriana fuit pestilentia, qua grassante multi in plateis ambulantes, ea correpti subito extincti sunt. Ephemera item est pestis, quæ Anno post natum Christum 1529. omnem Germaniam afflixit, appellata vulgo Sudor Angli-
leriq; intra 24. horam aut exhalabant animam, si iudassent valetudinem recuperabant.

Humo-

XXIV.

Humoralem verò febrem pestilentem præcipuè comitantur tumores: Bubones nempe parotides, alij uè. Excrementorum alui colliquationes, urinæ item turbidæ atq; subiugales pulsuumq; inæqualitates conspiciuntur magis in ea febre quàm in reliquis.

XXV.

In Hæctica pestilente licet calor febrilis necessario adsit, is tamen ut in alijs hæcticis vix sentitur. Neque enim cum semper sibi quasi sit similis, accessionem febris, nec eius incrementum vigorem vel declinationem manifestè sentiunt. Reperiuntur qui præterquam quod virium magnam debilitatem experiantur, de alio malo conquerantur non prius, quàm mors quasi ex improviso irrepat.

PROGNOSTICA.

XXVI.

Verum esse quod Hipp. in 2. aph. 19. scribit: In morbis acutis non omnino certas esse mortis aut salutis prædictiones, febris hæc pestifera comprobatur: Non pauci enim qui ea correpti & iam restituti videntur, mox succumbunt: Multi, qui tertia vel quarta etiam die tanquam sani incedunt, cibum & potum cum appetitu sumunt, paucis post elapsis horis moriuntur.

XXVII.

Pestem morbum esse ut plurimum exitialem, nemini non constat: Aliam interim mitiorem esse alia perhibet cum ratione ipsa experientia.

XXVIII.

Ephemera nanq; longè periculosior est, quàm Hæctica aut humoralis pestilens. Spiritus enim vitales, cum inter vitalium actionum instrumenta non postremum locum obtine-

obtineant, dum à contagij putrefactione corrumpuntur,
& citissimè absumuntur, vitam maximè periclitari neces-
sè est. Hæctica pestilens minus quidem vehemens quàm
ephemera, vehementior tamen humoralis existit.

XXIX.

*Respiratio de putredine
aëris per se fit
magis.*

Pestis item ab aëre, quo ad se putrido, facta, quanquam
sit rara, omnium est perniciosissima: Cuius rei Argumen-
tum præbet Thucididis tempore grassata pestis, ut quæ
tanta sæuitia & strage grassata fuerit, adeò quod multi in-
sepulti remanserint, quod ij qui alios sepelire conaren-
tur, subita morte præuenirentur.

XXX.

*Qui pro se obnoxij
magis sunt.*

Nullam ætatem, nullamq; corporis constitutionem, à
peste immunem esse experientia ostendit: Quanquam illi
minus obnoxia sit ætas senilis. Ex omnibus autem corpo-
ribus cacohyma facilius & corripuntur, & in maiori ver-
santur periculo. Sic pueri, alij uè vermibus scatentes, illi
malo obnoxij sunt maximè. Vermium enim materia non
secus ad pestem est disposita, quàm sulphur ad ignem.

XXXI.

*Cor gaudet a muliere
res pro alijs magis
periclitantur.*

Mulieres grauidæ prout præ alijs periclitantur, præfer-
tim propter subsequentem plerunq; abortum, ita facilius
quoque eodem morbo corripuntur. Cum enim multa
ipsis respiratio (nam non saltem pro se, sed etiam pro fœ-
tu quem gestant respirare coguntur) sit necessaria, fit ut
venenatum aerem maiori copia, respiratione sua attra-
hant.

XXXII.

*Quid hæmorrhagia
sive diarrhœa
in peste signum
est.*

Ex correptis verò euadunt rarò, quibus in principio
morbi hæmorrhagiæ ex naribus alia uè corporis parte fi-
unt, aut diarrhœæ pestem comitantur. Symptomaticæ
enim potius sunt tales excretiones quàm criticae, ut po-
tè quæ

tè quæ ab humorum magis malitia naturam vincente,
quàm natura existente victrice eueniant.

XXXIII.

Sudorem excernentes à principio morbi graucolen-
tem, vomitiones item, aut alui egestionem foetidam, vinctu-
osas, diuersorum colorum deicientes, in magno versan-
tur periculo. Omnia namq; hæc non nisi maximam se-
quuntur putredinem. Anhelitum quoq; foetentem (si
non talem ob alias causas iam antè habuerint) expiranti-
um eadem est conditio, tunc enim putredo in corde con-
firmata est: Vt testatur Auicenna. l. quarti.

*Quid sudor foetens u,
88 horis foetida u,
vinctu. et anhelitus
putens signat.*

XXXIV.

Non meliori fortuna fruuntur, qui urinam reddunt
turbidam, subiugalem Hypostasim non facientem, aut
etiam liuidam: Quibus item bubones, carbunculi alijue
tumores apparentes euanescent.

*Quibus urina pui
turbida*

XXXV.

Quibus deniq; facies fit Hippocratica, aut color eorum
denigratur, extremitates sudorem reddunt frigidum,
membra conuelluntur, ventriculi os singultum patitur,
pulsus intermittunt, ijs mors iam est in olla.

PRAESERVATIO.

XXXVI.

Ad præseruationem corporis humani à pestifera lue,
in genere hoc requiritur, vt causæ omnes ad pestis genera-
tionem inferuentes remoueantur.

XXXVII.

Inter eas verò causas cum præcipua & vehementissima
sit efficiens, aër nempe corruptus, maximè necessarium
est, vt ne aër pestilens corpus humanum corrupta sua
qualitate afficiat aut lædere possit, præcaueatur.

*Aër in primis si corru-
ptus sit præcauetur.*

C

Hoc

XXXVIII.

Hoc verò vt obtineri queat, in primis summopere studendum est, vt quoad fieri potest aër corruptus vel vitetur, vel dum vitari nequit, prout id ratio dictauerit corrigatur.

XXXIX.

Vitabitur optimè si ad loca aerem adhuc incorruptum habentia fugiatur, eaq; fuga iuxta modum trium Aduerborum vulgò notorum, citò, longè, tardè, instituat. Hoc est, si ad remotissima loca sano adhuc existente corpore confugiatur, atq; ex eodem in pristinum non prius quàm dudum iam pestis grassari desierit redeatur.

XL.

Vitabitur item aer venenatus, si manentes in vrbe infecta, intra aedes se contineant nondum inquinatas, fenestras à ventis præsertim austrinis, vel ex contagioso loco flantibus, occludant & obturent diligenter: Si quoq; homines ex locis infectis venientes non intromittant: Si rerum suspectarum nihil admittant: Si canes & feles aedes pestiferas frequentantes (talibus enim contagium facile de loco in locum transferri potest) excludant. Et his quidem cautelis vel solis præseruatio magna ex parte obrineri tunc potest, cum, aëre nondum putrefacto, sed per contagium aliundè translatum, corrupto, pestis grassatur.

Contagium in locis infectis facile transferri potest.

XLI.

Corrigitur autem aer remedijs præsertim exiccantibus: ijsq; simul vel calidis vel frigidis, prout nempe aeris constitutio vel frigida vel calida fuerit. In quem finem calido quidem tempore pro aëris alteratione pauimentum sterni debet frigidis atque recentibus floribus violarum, borraginis, buglossæ, Nymphææ, Rosarum &c. frondibus item quercus, salicis, vitis & his similibus. Aspergi quoq; debet

Quia aërem corrigunt.

debet pavimentum non solum, sed etiam parietes aceto
rosaceo vel florum tunica aut alio, aqua rosarum mixto.
In eundem finem frigido tempore ignes accendi & suffu-
migia fieri debent ex rebus odoratis calidis in sequenti-
bus thesibus enarratis.

XLII.

Corrigitur item aer potissimum ijs quæ putredini vehe-
menter resistunt eamq; absumunt. Inter ea maximas vires
ignem accensum habere, docuit nos Hippocrates, qui A-
thenis ad absumendam pestem cum successu accendi iussit
vicinas sylvas: Idem fecisse Arronem Agrigentinum au-
thor est Aetius lib. 5. cap. 94. Ignis itaq; publicè in plateis
incendi debent vesperi & manè, tam æstate quàm hyeme,
præsertim tempore nubiloso aut pluuioso. Qua in re
quoq; Hippocratis exemplum imitandum arbitramur,
qui, ut author est Galenus in lib. de ther. ad Pisonem ca-
pit. 16. pestem ex Aethiopia ad Græcos venientem non
alio præsidio repulit, quam quod præceperit ut per totam
ciuitatē ignis accenderetur, qui nō solum ex simplici ma-
teria constaret, sed benè olentes coronas & flores habe-
ret: Et ut unguenta quam pinguißima & id genus alia bo-
num odorem reddentia infunderentur: ut hoc pacto ci-
ues aërem purum inspirantes ab imminente luetutiores
redderentur.

XLIII.

Eadem ratione ignes in ipsis conclauius accensi ma-
gis prodesse queunt, quod facilius sit, exiguum aerem in
conclavi conclusum repurgare, quàm publicum copio-
sum & latè vagantem. Possunt autem ignes fieri ex ligno
iuniperino, sarmentis vitium, frondibus quercus adiectis,
Roremarino, Salvia, Maiorana, Hyssopo, Origano & his si-
milibus. Ditiores aromata addere quoq; possunt.

C 2

Tales

XLIV.

Tales ignes, si in conclavi nemo adhuc ægrotet, accendi debent, manè & vesperi, vt suprâ de publico igne dictum est, præsertim Austrina tempestate præsentis: Sin vero iam infectus quispiam in conclavi decumbat, sæpius ignes extruere necesse est: ita tamen vt æstatis seu calido tempore semper post ignem extinctum aër calidior factus supra commemoratis (idem in non inquinato habitaculo fieri quoq; vtile est) denuò contemperetur & refrigeretur. Frigidiore autem tempestate satius esset aut focum, id quod in caminis fieri commodè potest perpetuò flagrantem, aut saltem candelas cereas semper accensas in conclavi positas habere.

*minill
r. di
r. qd*

Candela ap ægrotantes incendantur

XLV.

Quin eiusmodi candelæ manibus gestatæ pro præseruatione ad correctionem aëris in seruire possunt ijs maxime, qui officij & pietatis causa ægrotantes pestiferos tractant, quò, ni fallor respiciens sancta antiquitas, sanxit, vt, Ecclesiæ ministris ægrotos morituros visitantibus, candelæ multæ, quemadmodum in papatu hodie adhuc fieri solet, penes ægrotantem incenderentur: imò, ægroti quoq; manibus aliqua ad absumendum videlicet expiratum anhelitum foetidum atq; malignum, admoueretur. Quam rem vt multa alia medicorum laudatissima remedia, posteritas, sacra prophanis miscens, ad turpissimum abusum transtulit.

XLVI.

Suffumigia capiti replentur capiti & ignis mox

Suffumigia quoq; pro aëris correctione in habitacionibus fieri possunt: Illa quamuis resistent putredini, eam tamen promptius depascitur ignis & absumit. Adde quod ab igne minùs, quàm à suffumigijs, caput feriat, & repleatur.

Non



XLVII.

Non interim suffumigiorum idoneorum vsum repro-
bamus: Ob quam rem odoratorum ad suffumigia facien-
da delectum habere conuenit, vt quæ caput roborent po-
tius quàm feriant, quæ vitales spiritus recreent magis
quàm suffocent, deligantur: Item quæ promptè sine ma-
gna caliditate exiccare possint, ne videlicet suo calore,
præsertim calidiore tempore aut alioquin calidioribus
naturis incommodi aliquid afferant.

*Suffumigia caput
roborentia recipi
ant.*

*Quæ simplicia in
suffumigijs mi-
stante.*

XLVIII.

Sed & talibus quidem suffumigijs cautè quoq; in Gyn-
næcis ambulandum, ne ex ijs Hystericæ mulieres ad vteri
subuersionem pronæ incommodi aliquid patiãtur. Quia
igitur ab odoratis plerisq; benè olentibus vterus facilè
commouetur, diligenter obseruandum, quorum odori-
bus offendantur mulieres, quorum minus, ex ijsq; suffu-
migia tunc erunt paranda, quæ cautela in alijs homini-
bus, vt quoque obseruetur necesse est. Non enim omnes
eosdem ferre possunt odores.

*Quæ suffumigia in
Gynæcis ad vteri
subuersionem
parantur.*

XLIX.

Ex simplicibus autem ad suffumigia paranda præcipua
as partes habent aza dulcis & myrrha. Mastix item, thus,
Succinum, Styrax calamitha, garyophylli, cinamomum,
lignum aloes, Baccæ iuniperi, lauri, &c. Camphora, Herbe,
Ladanum, nux moschata, cortices citri, arantiorum. Hæc
omnia verò quia natura sua calida sunt, æstatis tempore
permixtione frigidorum contemperari debent vt Rosis,
lignis sandalorum, floribus Nymphææ, violarum borragio-
nis buglossæ, &c.

*Simplicia suffumigi-
j.*

*Calida æstatis tem-
pore frigidis per-
mixta temperantur.*

L.

Ex compositis laudantur Alipta moschata, Gallia mo-
schata præsertim in hyeme, quo tempore ex sequenti
quoq;

*Composita ad suffu-
migia.*



quoq; puluere partem aliquam carbonibus ignitis ini-
endo suffumigium vtile parari potest: Rec. Benzui Xyloa
loesan: ℥ j. ℞. Styracis calamithæ ℥ ij. Myrrhæ electæ, Garyo-
phyll. Nucis moschatae an: ℥ iij. Mastiches ℥ iij. Misce.

L I.

Trochisci ad calidioribus

Alexand: Calidioribus autem tempore atq; pro calidioribus natu-
Benedict: ris hitrochisci pro fumo vtilis erunt. Rec. Rosarum rube-
lib de epid: arum ℥ ij. florum Nymphaeae, florum Labruscae, seminis
cap. 6. Coriandri, Violarum, Baccarum Myrti, Mastiches, Coral-
lorum an: ℥ j. Boli armeni, Terrae Lemniae an: ℥ j. Campho-
rae ℥. iij. cum aqua rosacea stillaticia fiant trochisci.

L II.

Nasalia

*Pomum Am-
brae*

*D. Iacob:
Theodorus
lib: de pes
se fol. 29.*

Pro perfectiore correctione aeris nares ingressuri, Hy-
emis tempore calidæ herbæ aut aromata naribus ad moue-
ri possunt. Vt Rutha, Rosmarinus, flores Lauendulae, &c.
aut pomum Ambrae tale vel simile. Rec. Ladani purissimi
℥ j. Benzui ℥ j. ℞. Styracis calamithæ, Santali muschatellini
an: ℥ ij. Agallochi ℥ j. ℞. Rosarum Sandalinarum Basilici
minimi foliorum, seminis eiusdem, florum Lauendulae,
foliorum Rosmarini Mentæ Crispæ, Garyophyll: Carda-
momi. Sem. Coriandri præparati, Sem. Nigellæ an: ℥ j. Ci-
namomi electi, Nucis moschatae, Macis an: ℥ j. ℞. In corpo-
rentur cum Tragacanthæ lachryma S. a. in mortario de in-
de cum Ambrae & Moschi S. q. in aquis Stillaticijs rosa-
rum & Lauendulae dissolutis aromatizentur.

L III.

*Pomum Ambrae
in aqua*

In æstate verò hoc pomum confert. Rec. Ladani puris-
simum ℥ ℞. Styracis calamithæ ℥ ij. Trochisci de caphura ℥ j.
℞. Garyophyll. Cinamomi electi Santali citrini, Rosa-
rum rub: Coriandri præparati an: ℥ ij. Mentæ Romanæ,
florum Nymphaeae, Violarum an: ℥ j. Camphoræ ℥ j. ℞.
Ambrae Cincritæ ℥ j. Moschi odorigran. V. Cum Tra-
gacan-

gacanthæ Lachryma cum aquis rosarum dissoluta fiat pomum.

LIV.

Confert etiam ad aeris meliorem emendationem, eius nempe, qui per os inspiratur, in ore masticare Zedoariam Angelicam, Nucem moschatam, Macis flores, Sem: fœniculi, anisi, coriandrorum aceto maceratorum, & his similibus, quæ omnia vt & odorata naribus admota non solum aërem corrigunt, sed spirituum etiam vitalium puritatem conseruant.

LV.

Porro, etsi enarratis in aeris alteratione atq; correctione plurimū præstari possit, vt tamen ea correctio cum maiori fructu succedat, atq; aër repurgatus talis manere queat, necessum est contagij fomitem simul quoq; auertere.

LVI.

In quem finem à conuentu publico infectos, aut ex inquinatis locis veniētes arcere, Lacus putridos si fieri possit euacuare, cadauera comburere, loca publica & priuata ab omnibus sordibus repurgare summa requirit necessitas, qua in re prudēter edixit Papinianus: A Ediles nō permittant, neq; in plateas stercora aut sordes proijcere, neq; cadauera, neque cerdones pellium sordes abstergere aut abluere.

LVII.

Vestimenta, lecti, alia uè utensilia infectorum in publicum non proferantur aut domi vsurpentur, sed potius vel (heredibus ex publico satis fiat) comburantur, vel flagrantissimo igne, aut gelidissimo aëre diligenter prius exciccentur. Refert Fracastorius Anno 1511. Cum per Germanos verona teneretur, in peste dictæ vrbis, qua hominum 10. millia ferè periere, ex vna veste pellicea non pauciores quam

*Viginti quinque
vires & viribus
pallida morantur.*

quam viginti quinque; Teutones obijisse, vno defuncto alie-
ro vestem induente, eo quoque mortuo alio post alium ean-
dem vestem usurpante, donec tandem per tot defunctos
commonefacti cautiore redditi vestem combusserint.

LVIII.

Cæterum dum præscripta omnia fiunt, necesse est vt
interim subiecti quoque, in quod aër corruptus agit ha-
beatur ratio, Ea enim aëris pestilentis est κακοήθεια, vt haud
possit, prædictis omnibus, licet ritè factis, ita integrè e-
mendari atque cohiberi, quò minus subdola atque latente
sua malignitate corporibus nostris noxam inferat.

LIX.

Quocirca hoc insuper ad præseruationem requiritur,
vt non saltem ea, quæ corpora nostra ad venenum recipi-
endum, habile reddunt, auertantur, quæque venenum fo-
uere, eiusque actiones iuuare atque prouehere possunt expel-
lantur, sed etiam vt caueatur diligenter, ne veneni fomis
tis materia denuò aut regeneretur aut recolligatur. De-
niq; vt corpora nostra ad aëris venenati iniurias repellan-
das roborentur & muniantur.

LX.

*Quæ corpora contra aë-
rem venenatum præ-
sertim, & in habili-
tate.*

Ad primam intentionem quod attinet, vitandi sunt
corporis vehementiores labores, & exercitia, venus im-
moderata, Balnea, &c. His equidem alijsuè agitationibus
omnibus, corpore concalescens pori fiunt ad aëris vene-
nati ingressum patientiores: Huc referri possunt animi pa-
themata vt terror, mæror, &c. quibus Spiritus vitales &
cordis humores ad contagij receptionem maximè dispos-
nuntur. Exercitia interim moderata atque tempestiuè ante
cibi assumptionem potius, quam post instituta, non im-
probantur. Otium etenim immodicum vtpote calorem
annatum debilitans, atque corpus excrementis replens
nunquam

Aff. tuus fugis.

*Exercitia moderata
ante cibum
commendantur.*

*Otium quod vici-
at.*

nunquam non est nocuum. Quippe in somno etiam atq; ^{in somno etiam atq;}
vigilijs, vt pro sanitate tuenda contra morbum pugnent,
modus quoq; est seruandus.

LXI.

Altera intentio, nempè eorum quæ aërem corruptum
corpori iam insinuatum fouere, eiusq; actionibus mali-
tiosis putrefactioni videlicet suppetias ferre queunt, amo-
litio expeditur, dum corpus à suis superfluitatibus quali-
tate & quantitate peccantibus qualiter oportet euacu-
atur: Id quod fieri potest venæ sectione, scarificatione,
purgationibus sudorem mouentibus, Balneis, Cauterijs,
ordinarijs, deindè & consuetis naturalibus euacuationi-
bus.

LXII.

Venæ sectio, si non ætas aut aliud quippiam impediât,
ab ijs ad præseruationem vtiliter vsurpari poterit, quo-
rum corpora vel sunt plethorica: Vel obstructione Epas-
tis laborant, vel suppressionem consueti alicuius sangui-
nis fluxus patiuntur, Vt Hemorrhoidum, Mensium & his
similibus.

LXIII.

Scarificationes verò tempore pestilenti non saltem in
consuetis necessariae, sed alijs quoq; qui eas ferre possunt,
vtilis maximè sunt: Præterquam enim quod sanguinem
imminuunt, malignos etiam humores atq; vapores à cor-
de cutim versus trahunt. In quem postremum finem cu-
curbitulæ sine scarificatione adhibitæ, frictiones item ex-
tremorum suo tempore præsertim manè, factæ, inserui-
re etiam queunt.

LXIV.

Purgationes Cacochymis, maximè necessariae sunt
corporibus: alijs item qui quotannis, purgantibus medi-

D

camen

*Tempore pestis d
sic homines pri
sunt ab h
nondum*

camentis vti consueuerunt. Tales verò purgationes pro
singulorum corporum constitutione, præparatis prius
humoribus id postulantibus, secundum artis nostræ le-
ges institui debent. Quia in re tamen à vehementioribus
medicamentis, humores nimium exagitantibus, absti-
nendum esse putamus.

LXV.

*Sudores quando
prohiberi debent
et curantur*

Sudores, repurgato corpore, non sine fructu singulis
septimanis exhibitio, manè decumbenti adhuc in lecto,
sudorifero aliquo, præsertim Bezoartico, medicamento
moueri poterunt.

LXVI.

*Balnea & Stusæ
per hunc tempore
sape nisi oportet*

*Quibus & quibus
in hunc balnea
commodantur*

*Publica balnea
frequentanda*

Balnea & Stusæ pestis tempore, sæpius vel temerè vsur-
pari non debent. Talium enim vsu pori cutis patentiores
fiunt: Corpus calidius redditum ad vehementiorem &
frequentiore respiracionem vrgetur, Sicque ad facilios
rem veneni receptionem disponitur. Si interim qui acres
& serosos in habitu corporis colligunt humores aut mul-
tas fuligines, vel quibus per sordes pori cutis facilè ob-
struuntur, balneis aut stusis præsertim ita assuefacti vti
quidem poterunt: Sed neq; frequenter neq; diu in ijs ver-
sentur. Abstinebunt autem à publicis balneis tanquam
loco maximè de contagio suspecto. Egredientes item ex
balneis, corpus ab externo aère corrupto muniant dili-
geater.

LXVII.

*Cauteria non esse
videntur potius q
ante*

Cauteria si quibus iam ante impressa fuerint, loca aper-
ta consolidari non sinant. Quin & in alijs cauteria fieri,
vtilis est. Ea equidem malignos humores atq; vapores à
corde alijsq; nobilioribus partibus ad ignobilia mem-
bra auertere potenter possunt.

Ordina.



LXVIII.

Ordinaria seu consueta naturales euacuationes, vt hemorrhoidum & mensium fluxus, alui item atq; vesicæ deiectiones & his similes, vbi præter naturam retardata fuerint, legitimis remedijs promouebuntur.

LXIX.

Tertiæ intentioni, satisfiet, in quantum id possibile est, Dum ea instituitur victus ratio, quæ prauorum humorum regenerationi vel relectioni contraria fuerit. Cibi itaq; euchymi, concoctu faciles quales à Galeno in libro de cibis boni & mali succi describuntur exhibendi sunt. Quibus commisceantur quæ putredini resistunt, atq; Venarum obstructions impediunt: Vtrumq; autem ex alijs promptè præstare possunt, ea quæ acidi sunt saporis, Vt acetosa, Oxytriphillon, Succus Limonum, Citri, Berberorum, ribium, vuarum immaturarum, &c.

*Cibi euchymi, et
concoctu faciles
quales à Galeno
in libro de cibis
boni & mali succi
describuntur*

*Ita de misceant
cibi.*

LXX.

Potus sit in assuetis vinum album Oligophoron. Huic in prandio addi potest haustus vnus atq; alter ex vino cui impositum fuerit absynthium vel saluia, vel carduus benedictus, Galega, &c.

*Vinum album
cui impositum
absynthium*

LXXI.

Quarta deniq; intentio hoc requirit vt alexiterijs medicamentis & admotis & assumptis, corpus muniatur eiusq; vires præsertim autem cordis roborentur, quo pestifero contagio resistere illudq; vincere, & à se repellere possit.

LXXIII.

Inter alia autem quæ admouentur, amuleta apud nonnullos medicos non postremum obtinent locum, ex quibus sunt alia quæ odorem manifestum de se reddendo id agunt, vt in peste Angelicæ, in Epilepsia peonia radices.

*Amuleta à Alexi,
Stimia.*



Quædam verò ex occultâ quadam proprietate prodesse
putantur. Horum utilitatem aut nullam esse quicquid alijs
narrent arbitramur, aut si quæ sit, illam potius ex persuasa
vsurpantis imaginatione, quàm ex propria amuleti natura,
prouenire iudicamus: Quo quidem modo, autor libri
Galeno ascripti de incantat: adiurat, & suspensione, Hyas
cinthum de collo suspensum aut digito gestatum à peste
præseruare non sine ratione statuit.

*Hij cum sint amuleti
proprie tunc p. v. p. p.
lit*

LXXIV.

*Hij amuleti
Arsenicum.*

Ex talium amuletorum numero est ἰδὲ γὰρ γυρον, nuclei
quellanæ inclusum & pectori contra pestem appensum:
Arsenicum item, quod è directo cordis aduersus pestem
gestatum, fertur pontificem Adrianum à peste immunem
præseruasse.

LXXV.

*Theriacale doli
Suspensum in
v. p. p. p.
admirat*

Tutiora & certiora sunt alexiteria quæ vel odoribus vel
alijs qualitatibus manifestis agentia, corpori admouentur.
Ex tali numero Theriaca præ alijs commendatissima
est, siue olfacienda naribus admoueat, siue ore conti-
neatur, siue cordis regioni inungatur. Quanquam Scor-
pionum oleum arterijs in carpo illinitum non sine ratio-
ne vtiliter quoq; vsurpari possit.

LXXVI.

*Antidotus
d. cum aucto.*

Angelica.

Quæ verò intra corpus sumuntur alexipharmaca, cum
facilius à natura in actum traduci queant, in præseruatio-
ne maiorem habent potentiam. Eorum medicamento-
rum magnus apud medicos reperitur numerus. Inter
ἰπτόρισα Antidotus præstantissima est, quæ recipit Rutæ
folia viginti, nuces iuglandes, caricæ annō nostro ij. Salis
grumum j. Hæc simul mista coacta q; cum pauxillo aceti
esui mane dantur. Angelicæ item radix instar ciceris per
hyemem cum vino, per æstatem cum rosarum aqua manè
sumatur.

sumatur. Oxalidis folia in aqua vel aceto mersa & manè, ^{validis foliis}
assumpta summum aduersus pestem remedium celebra-
tur. Radix allij in aceto macerata cum magno quoq; fru- ^{Allium sic au;}
ctu manè à tenuioris fortunæ hominibus assumi potest.

LXXVII.

Ex nobilioribus alexiterijs Theriacam Andromachi, ^{Theriacam ad alexiterijs}
utpote magna ratione inuentam, & multorum annorum ^{ut fuit}
plurimo vsu comprobata, omnibus, magna ex parte
complexionibus accommodata, non immerito alijs
remedijs præferendam arbitramur. Non interim conte-
mnendæ, sed maximè potiùs commendandæ etiam sunt
aliæ anditoti, ratione & vsu quoq; comprobata, ut Da- ^{Andritoti & Diacordium}
mocratis Mithridatium, Fracastorij diascordium, Manar- ^{Et. d. au.}
di diahematon, Electuarium de ouo, &c. de quibus medi-
camentis, habita ratione ætatis exhibebitur quotidie
manè à ʒj. ad ʒij.

LXXVIII.

Pro præseruatione etiam non sine magna ratione com-
mendantur maximopere catapotia, quæ Ruffi pillulæ ap- ^{Ruffi pillulæ}
pellantur. Equidem enim recipiunt Myrrham & Aloes,
quæ duo medicamenta in tantum putredini resistunt, ut
ijs mortua etiam corpora in multos annos integra con-
seruari possint. Et testatur Ruffus neminem eo sumpto
remedio pestem non superasse.

LXXIX.

Ex varijs autem earum pillularum apud diuersos au-
thores, descriptionibus hæc nobis maximè vsurpanda
esse videtur, quæ, Rec. Aloes ʒ. ij. Myrrhæ ʒ. j. Croci ʒ. ʒ. ^{Alloes. Myrrhæ. Croci. ʒ. ʒ. ʒ.}
Etsi enim descriptio Ruffi, ut testatur Paulus Aegineta ^{Compositum}
lib. 2. cap. 36. pro Croco, Ammoniacum habeat: Com-
probauit tamen hæcenus longa experientia, cum magno
fructu crocum, ut qui facultates corporis singulariter cor- ^{Crocus hinc}
roberare possit, quod in pestis & præseruatione & ^{Et quæ sic uis.}
cura.

curatione maximè est necessarium) Ammoniacò rectè
substitui.

LXXX.

*Curatio per pilulas hinc
si curatio semel
hebdomadica hinc
manet*
Modus, quo prædictæ pilulæ vsurpari debeant à diuersis
diuersus quoq; præscribitur. Nos eum commendamus
dum hebdomadatim in adultioribus semel drachmæ
pondere, manè vacuo ventriculo, exhibentur. Hac enim
ratione singulis hebdomadis præter reliqua commoda,
quæ præstant corpori id ipsum à suis superfluitatibus res
purgant & emundant commodè : Adeò vt nec verend-
um sit, ne alium ad artificialem recrementorum deie-
ctionem id quòd ex assumptione quotidiana medica-
mentorum, leuiter etiam purgantium, facillè fieri potest,
assuefaciant, neque inde diarrhæa aliqua metuenda, ne-
timendum ne caliditate sua Epar plus iusto calefaciant &
exiccant.

LXXXI.

*frigidum corpus
dum vsurpari pilulas
Ruffus*
Quanquam in obesioribus vt pote frigidioribus corporibus,
præsertim frigido tempore quotidianus earum
vsus, reprobari non debeat : ita tamen si non tam ob corp-
poris purgationem, quàm reliquas pilularum facultates,
quibus corpus à putredine præseruant, Scrupuli vnus salo-
tem pondere quotidie assumantur. Abstinebunt autem
tunc ab alijs alexiterijs medicamentis, intra corpus sus-
*vsus in inflammatione
in nimio calido
alexiterijs utri*
mendis calidioribus, ne nimio calidorum vsu viscera
inflammantur, &c.

LXXXII.

*Curatio per syrupum
Syrupus citri*
In pueris præseruandis commendamus potius Syrupos
de acetositate citri, de acetositate Limonũ, de succo ace-
tosæ, acetosum simplicem. Bolum item armenũ & si quæ
sunt reliqua, quæ cum caliditate exiccare queant, quippè
ea quæ cum caliditate multa exiccant, puerorum corpori-
bus exhiberi, in primis autem frequenter non sine magno
corum incommodo posse statuimus. Muls

LXXXIII.

Multa alia, ubiq; ferè apud scriptores reperiuntur me-
dicamenta ad pestis præseruationem concinnata. Eorum
vsus siquidem sint recta ratione excogitata & multa
vsurpatione & experientia comprobata, atq; ad singulo-
rum complexiones, ætates, atque vsurpandi facilitatem
sint diuerso modo comparata, vt non improbamus, ita
non recipimus eorum sententiam, qui statuunt in vno
eodemq; corpore, vsurpanda diuersa remedia præseruan-
tia vt nempe quotidiana eorum immutatione præcauca-
tur, ne natura ex assiduo vnus medicamenti vsu, tandem
assuescat id ipsum in alimētum potius conuertere, quàm
vt ipsius opera ad pestis præseruationem vtatur.

LXXXIV.

Equidem variari debere vel mutari quandoq; formam
alexipharmacorū, præsertim apud delicatiores, ne vnus
frequentior vsus nauseam moueat, minimè inficiamur, at
verò ob supra scriptam causam immutanda esse talia me-
dicamenta nullo pacto concedimus. Imò verò & sæpius &
maiore assiduitate alexiteriū, vnum quidē & idem cuius-
uis tamen cōplexioni accommodatū, in quantum id vsur-
pantis palatus ferre potest, exhibendum esse arbitramur,
quo nimirū magis necesse est, medicamentū id naturæ fa-
miliarius fieri. Etenim ea, quæ vt pote vera alexiteria vene-
nis resistūt pro natura, nō contra eam pugnant: Adeoq; fa-
miliaria vt sint naturæ oportet, & nō talia quæ naturæ ini-
mica, ipsam ad sui expulsionē irritare possent, vt sunt verè
pugnancia: quæ purgantia omnia nauseosam quādam (li-
cet aliqua maiorē, aliqua minorem) habent qualitatem,
quæ qualitas quàm diu manet naturæ inimica vel nauseo-
sa, tam diu ipsam ad expulsionē sui & similiū quasi corpo-
ris recrementorū irritare & incitare potest: Dum verò per
frequen-

Quia Quædam sunt

*Nauseam non affert
sed hanc, ut si dicitur
tam diu aut aliter*

Cur alexiteria vnus

*Alexiteria sunt
propria hæc.*

*Purgantia sunt
hæc, et cum
sunt a diuersa.*

Quia de purgantibus nihil purgant, si non acciderit in alij Oppor.
frequentior, in usum vñus purgantis medicamenti qua-
litas alioquin paucos familiarior redditur, natura am-
plectitur potius illud, quam vt expellat: Sicq; vis purga-
toria cessat.

LXXXV.

*Alexiterijs non ad
hanc naturam ad
equilibrium irritat
L. m. m. f. f. f. m. m. m.
atque*
Neq; verò est quod quispiam dicat, in alexipharmacis
id ipsum quoq; requiri, vt dispar aliqua semper adsit qua-
litas, qua natura irritari queat ad venenorum expulsio-
nes, siquidem videamus venena manifestis euacuationi-
bus alexiterijs assumptis expelli, vt vomitu, alui deiectione,
sudoribus, &c. Agimus enim hoc loco non de medica-
mentis quæ lubricando, ventriculum & intestina, aut
contraria qualitate naturam impugnando, ipsam vel ad
vomitum, vel alui deiectionem vel etiam sudores irritat,
eaq; ratione venena expellunt: talia quippe nullo pacto
sunt alexiteria, atq; per accidens faciunt, quod faciunt.

LXXXVI.

*Antimonium non est
alexipharmacum, nec
ad hoc in p. s. v.*
Quis enim vnquam dixerit, antimonium quod hodie
aliqui ad expellendum contagium pestiferum ausi sunt
exhibere, Alexipharmacum esse? Quis vñ ἄρξ γυγόν affirmabit
existere Alexipharmacum? De quo tamen Ausonius hoc
versus pulchrè cecinit:

*Toxica Zelotypo dedit vxor mæcha marito,
Nec satis ad mortem credidit esse datum.
Miscuit argenti letalia pondera viui,
Cogeret vt celerem vis geminata necem.
Diuidat hæc si quis: faciunt discreta venenum.
Antidotum sumet, qui sociata bibet.
Ergo inter sese dum noxia pocula certant,
Cessit letalis noxa salutifera.
Protinus & vacuos alui petière recessus,
Lubrica deiectis qua via nota cibis.
Quam pia cura diuum? prodest crudelior vxor,
Et cum fata volunt, bina venena iuuant.*

Nec

LXXXVII.

Nec etiam agimus de alexiterijs. quatenus aliqua prout *Alexiteria aliq. v. c. p. cur. v. c. v. c.*
 Galenus lib. 5. simpl. facult. cap. 18. tradit, euacuant vene-
 num ex corpore patiente, siue id fiat caliditate medica-
 menti subtilium partium, siue totius substantiæ similitu-
 dine. Alexiteria enim talia euacuando vincunt venena,
 non dum intra corpus sumuntur, sed quia vti Galenus
 quoq; in citato loco testatur corpori extrinsecus appli-
 cantur. Sic Scorpius contusus extrinsecus corpori adpli-
 catus, totius substantiæ similitudine ab illo met ictu im-
 pressum attrahendo euacuat. Theriaca, cœpæ, allium, &c. *Theriacæ cœpæ allium
 extrinsecus applicata
 vnum nōm attrahunt
 & abstrahunt.*
 dum foris apponuntur subtili suarum partium caliditate
 venenum attrahunt, consumunt, euacuant, &c.

LXXXVIII.

Sed potius nobis sermo est de Alexipharmacis veris, *Quæ Alexipharmacis veris
 ea proprie*
 quæ ob id prosunt & venenis resistunt, quia nempe natu-
 ram corroborant, vt robore redintegrato, ipsa insurgat &
 valeat ad veneni expulsionem: irritata quidem, at non ab
 alexiterio, imo vero à maligna veneni qualitate stimula-
 ta. De ijs item medicamentis alexipharmacis tractamus,
 quæ talem antipathiam contra venena, qualem nimirum
 alexiteria in se habent, corporis partibus imprimunt: Siue
 id fiat vel partium alteratione, exiccatione, refrigeratio-
 ne, calefactione, &c. vel à totius substantiæ operatione. *Alexiteria fortissimè
 pōt. v. c. v. c. v. c.*
 Talis autem medicamenti antipathia eo foelicius parti-
 bus imprimitur, quò vsurpabitur id frequentius.

LXXXIX.

Sic sanè Gal. in lib. de Theriaca ad Pisonem scribit, Mi-
 thridatem illum bellatorem magnum, assumpta antido-
 to Mitridatica, de illius nomine dicta, non potuisse, hau- *Mitridati nō potuit
 vnum nōm. nōm.*
 sto veneno mori, quoniam ex multo & frequenti vsu an-
 tidoti sic sua membra temperauerat, vt ab re noxia pati
 E non

non posset. Hoc autem contigit, quo tempore bellum cum Romanis gerens à Pompeio profligatus, atq; in extrema fortuna constitutus. Æsus è vita decedere festina- ret. Haussit venenum, & p̄ us etiam quàm satis esset, ebis- bit, nec tamen ipse mori potuit: Filias verò ipsius, quæ cum patre vitam finire prorsus decreuerant, atq; ideo ex eodem quoque veneno hauserant, celeriter occubuisse tradunt. Mithridates igitur cum mori tardaret, eo quod Antidotus quam vsurparat venenum redderet irritum, vnum ex amicis Bistocum nomine vocauit, cui manda- uit, vt se iugularet. Is autem opus veneni ferro absoluens, Mithridatem violenta morte confecit, &c.

DE CVRATIONE.

XC.

*Cum morbum efficiat
his vel insipientes pri-
mo tollant.*
Præcipua quidem est, in methodo curatiua, indicatio, quæ à morbi essentia desumpta, primo loco in medico- rum ratiocinatione occurrens ablationem morbi po- stulat: Ea tamen non expediri rectè potest prius quàm causæ, morbum vel efficientes, vel fontes, fuerint abla- ta.

XCI.

In ablatione autem causarum, is ordo obseruandus est, quo ad morbi generationem sibi inuicem successerunt.

XCII.

*Ær corrigi
hinc*
In eo ordine primò se offert ær corruptus seu pestilens & extra corpus existens. Ær itaq; is ab agrotante, siqui- dem in eo adhuc versetur remouendus: Id quòd fieri po- test æris mutatione locali, aut correctione.

XCIII.

Succedit in ordine causarum æri extra corpus existen-
Succed-

ti, is qui intra corpus iam insinuatus, cordis vel spiritus, <sup>Et hoc sunt contagia
in partibus istis
corpore tollantur</sup>
vel humores, vel substantiam sua maligna seu pestilente
putredine, putrefacit, febremq; putridam utpote pestem
ipsam, tanquam causa coniuncta, efficit. Hic aer, nempe
contagium ipsum pestilens, ut tollatur antequam partis
um cordis putrescentium vel putrefactarum ratio habeatur,
dictante hoc methodi ordine, necesse est.

XCIV.

At nihilominus cum vires, praesertim vitales, ex putre- <sup>Et vires quae debet
haurire conservari
hic.</sup>
factione (in primis maligna) cordis partium, plurimum
debilitentur, eas tueri atq; restaurare conuenit & maxime
necesse est. Quocirca dum Medicus contagium pestilens
utpote causam coniunctam auferre studet, id ipsum ita fa-
ciat, ut interim virium quoque singularem habeat respec-
tum.

XCIV.

Oppugnato contagio viribusq; relictis, partes cordis <sup>Et Cordis partes pu-
trifacit, aut ferunt
hic vel putredine
hic alterandae.</sup>
putrefactae auferendae & ex corpore eliminandae, putre-
scientes vero alterandae, & quibus fieri potest modis a pu-
tridine vindicandae atq; in quantum possibile restituens
dae erunt. Id quod etiam de reliquis corporis partibus,
quatenus de contagio participant, ut fiat statuimus.

XCVI.

Atq; haec quidem indicationes postremae, ut ijs satisfiat,
a medico aggrediendae (ocasio enim in hoc morbo ma-
ximè praecipua est) antequam etiam contagium fuerit
prorsus oppugnatum: modo tamen sit iam magna ex parte
eneruatam, vel a corde ad ignobiliores partes traductum.

XCVII.

Enarratae autem generales & praecipuae indicationes. <sup>Quibus instrumentis
hic indi cor ff.
ciantur.</sup>
tribus potissimum instrumentis perficiuntur, Dieta nia
mirum, Pharmacia, & Chirurgia.

E 2

Dieta

XCVIII.

Dixta

Dixta in sex rebus non naturalibus legitimè vsurpan-
dis consistit: Aëre, cibo & potu, motu & quiete, somno &
vigilia, inanitione & repletione, atq; animi affectibus.

XCIX.

Aër quomodo localiter mutari, corrigi aut alterari de-
beat, supra in præseruationis Thesisibus est dictum: Quæ
magna ex parte hoc loco quoq; vsum habere possunt.

C.

*Qui cibis
congruat.*

Cibo vtatur æger temperatè humido & frigido, mode-
ratè item tenui, Euchimo, & digestionis facilis. Inter alios
eiusmodi cibos profunt iura caponum, pullorum, cre-
mor hordei aut ouorum lutea cum iure caponum diluta,
contusum è carnibus pullorum Gallinaceorum, capo-
num, vituli, cum emulsione Melonum aut amygdalarum
dulcium permistum. Atque cum talibus cibis vtilissimè
commisceri possunt, ea quæ aperiendi, refrigerandi, exsic-
candi, & moderatè adstringendi habent facultatem. Vt
sunt succi Limonum, Citri, malorum arantiorum acido-
rum, Granatorum, Vuarum immaturarum, Ribium, ber-
berorum, Acetosæ, Acetum deniq; ipsum.

CI.

Potus græcis

Potus sit aqua hordeacea, in qua coctum sit nonnihil
Cinamomi electi. Tali aquæ vtiliter commiscentur Syru-
pi cordiales de acetositate citri, Limonum, Endiuia, Ace-
tosæ, &c.

CII.

Quæ vtilis cibi

Ad repletionem quod attinet, exhibeantur agris pro
conseruatione virium cibi in modica quantitate eò fre-
quentius, quo virium debilitas pleniorum victum ferre
non potest.

At

CIII.

Atque cum sæpè pestem comitetur magna appetitus prostratio, & ita quidem, vt Hippocratis tempore aliqui plurimi mori quàm comedere quicquam, prius duxerint, omninò ægrotantes ad sumendos cibos cogendi sunt. Testatur enim Galeni commentarius 3. in librum 3. de morbis vulgaribus fortiores, qui vim sibi ipsi afferentes, cibum oblatum assumpserunt, omnes ferè pestem superasse.

Appetitus deinde comitatur pestem.

CIV.

Inanitioni satisfiet vbi quotidianæ alui deiectiones, si supprossæ fuerint, vel per Enemata, aut suppositoria seu glandes procurabuntur.

Quædam alii dicitur non esse Enemata nisi glandes.

CV.

Quiescat æger, per motum enim vires iam ante plus satis languidæ resoluantur amplius.

Quædam ægrotant aegro.

CVI.

A somno ægrotantes, primis horis post correptionem abstineant, ne materia venenosa ad interiora trahatur magis. Imò nec post eas, somno multum indulgeant, ita tamen vt in vigilijs, quibus vires enervantur facilè modus quoq; seruetur.

Somnus in initio vitiosus.

CVII.

Ab omni ira, excandescencia, metu, tristitia, alijsq; immoderatis animi affectibus sibi ægrotantes caueant. Hilaritatem & spem amplectantur, &c.

Affectus vitiosus.

CVIII.

Pharmacia alterum instrumentum est, quod nobis pharmaca seu medicamenta pro pestis curatione necessaria suppeditat.

Pharmacia sunt pharmacia.

CIX.

Inter ea verò pharmaca, alexiteria primum obtinere locum



*Falsum enim
negante.* locum methodus curatiua supra tradita, demonstrat.
Cum enim post aërem extrinsecum per legitimam dia-
tam rectè constitutum oppugnandus sit internus aër seu
contagium pestilens, hocque rectius & tutius alijs quàm
alexipharmacis oppugnari nequeat, utiq; alexipharmaca
meritò sibi primùm in pharmacia vendicat locum, atque
omnium primum ægrotanti correpto exhibenda qui-
dem erunt.

CX.

*Alexipharmacis
minus si datur
cibi aut excrementis
in intestinis* Interim tamen cum præter alia incommoda à cibo in
ventriculo adhuc hærente, atq; ab excrementis in intesti-
nis positis alexipharmacorum vis hebetari atq; impediri
multum possit, conuenit correpto cibum in ventriculo
adhuc habenti ante antidoti exhibitionem vel vomitum,
*Co mitis quoniam
de seipso videtur* si facilè vomere possit, imperare exhibito vomitorio: Vel
antidoti exhibitionem aliquantisper differre, donec ci-
*Alexipharmacis
ca quando differ-
ri quæritur.* bus ex ventriculo iam magna ex parte deturbatus fuerit.
Necesse item est ægrotantis intestina clystere abluere, vel
*Clyster vel glan-
dium saltem
ante exhibitio-
nem alexipharmaci* aluum imposita saltem glande longiore, sollicitare, prius
quam alexipharmaca exhibeatur.

CXI.

*Antidoti
in hoc morbo vitentur.* Clyster verò fiat ex brodij de costi Galli aut Caponis,
aut carnis Vitulinæ libra j. Olei Violacei ꝓ iij. mellis rosa-
cei ꝓ ij. Quorum luteis duobus, salis p. j. &c. Acres clyste-
res in hoc morbo vitentur.

CXII.

*Antidoti
in hoc morbo
vitentur.* Exonerato aluo protinus antidotus exhibeatur, qua
contagium ex corpore per sudorem eliminetur. In quem
finem alexipharmaca supra enarrata summo operè prodes-
se possunt, Theriaca nempe Andromachi, Mithridati-
um Democratis, Diascordion Fracastorij, Electuarium de
Quo

Ouo, &c. De quibus medicamentis à ℥j. ad ℥ij. cum aquis appropriatis exhibendum erit: Addito paucillo aceto vel rosarum vel florum tunicæ.

*Antidoti alexandri
pharmacop.*

CXIII.

Commendavit plurimum, experientia viri in arte medica magni, mixturam hanc sequentem. Rec. Theriacæ Andromachi ℥ss; Mithridat. ℥ iij. Radicis Pimpinellæ, radicis Angelicæ an: ℥ss; Cardamomi gran. V. Camphoræ gran. iij. Cinamomi ℥ss. fiat electuarius cum s. q. Syrupi de acetositate Citri. Dosis à ℥j. ad ℥j ss.

*Mixtura ad
pestem.*

CXIV.

Præter præscriptas verò antidotos multæ aliæ à Viris excellentissimis habentur vera experientia atque ratione inuentæ & comprobatæ, quas, etsi non improbamus non tamen quoduis remedium, nondum multa experientia comprobatum, nedum ea quæ aut superstitiosè aut ostentationis gratia excogitata sunt, recipimus.

*Non quæ nondum
verum probata
recipiuntur.*

CXV.

Antidotum Saxoniam non immeritò viri magni in oppugnandis Venenis commendant, cum tamen ea usurpata ἐμπύρευμα quoddam in corpore excitet & relinquat, experientia attestante, utiq; pro ea in peste alijsq; febribus, temperata magis medicamenta substituere tutius fore opinamur.

*Antidotum Saxo-
nicum nigrit.*

CXVI.

Quocirca Theriacam aut Mithridatium potius antidoto Saxonice, non hanc illis præferendam censemus, ut Gesnerus, vir alioquin Rei medicæ indagator præclarus, nimium autem in commendatione antidoti saxonice liberalis, asserit.

*Quæ in
Antidoti Saxonici*

Recius

CXVII.

*Manardi dicitur
dicitur calidum
non est
deus* Rectius Manardi διαμαρτων antidotum cum frigidum nihil habeat, sed omnia calida nimis calere, & minima ε πολυ χερσον esse iudicavit.

CXVIII.

*Aqua Bezoartica
Ch. p. b. d. v. i. v. v.
sunt nimis ca
lida* Aquas Bezoarticas destillatas, cum citius penetrrent, citissima autem penetrrentione in peste opus sit siue cum alijs antidotis permisceantur siue per se exhibeantur, non improbamus, modo tamen nimia caliditate, qua corpora faciliè inflammantur, non sint præditæ.

CXIX.

*Si dicitur aeger ad
horas duas vel
plures* Antidoto assumpta, in lectum se componat æger, atq; coopertus sudori vacet per horas duas vel plures prout id vires perferre ac pati facile poterunt. Quo facto sudores pannis calidis abstergantur, & pro virium restauratione iusculum quoddam analepticum vel roborans quoddam medicamentum, exhibendum est.

CXX.

*In sudore ordo
vires atq; virid.
admodum
conferuntur* Quin & in ipso sudore, viribus vt subueniatur, earumq; maximus habeatur respectus, maximopere necesse est. Quamobrem tum odorata aquæ rosarum, & cinamomi, cum aceto florum tunicæ, vel Rubi Idæi, naribus admo- ueri debent: de rotulis manus Christi appellatis, aut con- serua rosacea, vel violacea, vel borraginata, exhibendum aliquid est.

CXXI.

*Antidotois nunc
a se magis
do.* Si qui assumptam antidotum reijciant vomitu, denud ip[s]is ea exhibenda erit, si pro tertia aut quarta vice sine eam æger reijciat, pro desperatio is à medico non sine cau- la habebitur.

Qui

CXXII.

Qui difficulter sudant, eorum alis atq; plantis pedum
vasa vitrea, aut lagenæ, calida aqua refertæ & linreis inuo-
lutæ contextæque, ne ægrum vrant subijci debent. In ho-
rum vicem etiam vesicæ bubulæ, aqua calente plenæ, con-
ueniunt.

*Quoniam sudor est
atque promouitur*

CXXIII.

Refectis post sudorem viribus, cum pro inhibenda cor-
poris partium putredine, dictante sic methodo, strenue
sit laborandum, in id potissimum incumbendum est, vt
alterantibus medicamentis nempe refrigerantibus, exsic-
cantibus, & moderatè adstringentibus, quæq; sint tenui-
um partium, corporis partes alterentur & roborentur,
sicq; à putredine, in quantum fieri potest, immunes con-
seruentur.

*post sudorem pro
inhibenda*

*Alimentia in
dura adhibere*

CXXIV.

Ex talium verò medicamentorum numero ea quoque
sunt, quæ supra in commemorata victus ratione, cum po-
tu & cibis permiscenda, enarrauimus. Vt Syrupus Citri,
Limonum, &c.

CXXV.

Præterea, profunt maximè bolus armenus, Terra Le-
mnia, &c. de quibus quotidie aliquid exhiberi potest. Ta-
lia enim cum sine caliditate valenter exsiccant, putredi-
nis progressum inhibere egregie possunt: Vnde est quod
Galenus in 9. simpli. ita scripserit: In magna peste, quæ no-
stra peragrauit tempestate, similis ei quam Thucydides
descripsit nihil conuenientius erat quàm bolus arme-
nus, & omnes qui celeriter ex eo bibebant curabantur,
quoniam validissime exiccat.

*Alimentia sub
suo proprio
te*

CXXVI.

Et si enim bolus armenus præsertim Orientalis, quo ho-
die

F

die



*Quid bo huius
suis. Et quibus
habet in eis.*

siè utimur, non omnino cum Galeni bolo quadrare vi-
deatur, proximè tamè ad Galenici boli descriptionem ac-
cedit, & cum ipsi vis exiccandi cum mediocri ad sit adstri-
ctione, utiq; eo utiliter non minus quam Galenico bolo
viti poterimus. Neque enim bolum ex totius substantiæ

*Fernelius de huius
de proprietate
boli in huius
in potestate q. fulgore*

proprietate, ut Fernelius voluit, sed potius manifesta qua-
litate agere statuimus.

CXXVII.

*Axungia Solis
similes cum bo
lo in eis obtinet.*

Quæ quidem qualitas, cum terræ à recentioribus re-
pertæ, & axungia Solis seu terra S. Pauli appellatæ, magna
ex parte quoq; insit, utiq; eius usum in peste, pro inhiben-
da putredine, nullo pacto reprobamus: Modo illi soli pro
contagio expellendo non nimium fidatur, sed supra no-
minatis antidotis suus locus quoque & usus relinqua-
tur.

CXXVIII.

*Potio pro putredine
in in hiberna
alterando calore
febrili.*

Utiliter etiam pestilentibus exhibetur, pro inhibenda
putredine calorisque febrilis alteratione, talis vel similis
potio, quæ recipit Syrupi de acetositate citri ꝑ j. ꝑ. Boli
armeni orientalis ꝑ j. Margaritarum præparatarum ꝑ ꝑ.
Succi Limonum ꝑ ꝑ. Aquæ Endiviæ, acetosæ, Galegæ an:
ꝑ j. Misce.

CXXIX.

*Alterans potio
in huius
in huius*

*Sudo in huius
in huius
in huius*

Tales autem potiones alterantes vesperi ægrotantibus
sefe ad somnum componentibus commodè exhiberi
possunt. Manè equidem alexiterias Sudoriferas potiones
per biduum aut triduum reiterare necesse est. Ea enim
contagij fraudulentia, ut licet sit à corde repulsum, facile
tamen aliqua eius portio sefe in reliquo corpore abdere
possit, vnde post modum eruptionem faciēs, corde nouo
vehementissimè affligit, adeoq; ut dum altum silentium,
Optimaq;

optimaq; pax adesse videtur, maxima oriaturseditio, &
non raro agrotantes de improviso interimantur.

CXXX.

Dum verò pro putredine inhibenda laboratur, partes
iam putrefactæ, methodo sic requirente nullo pacto sunt
negligendæ, sed omninò hoc agendum, vt eæ ex corpore
eliminentur. Qua quidem in re, pro diuersitate putre-
scentium vel spirituum, vel humorum vel etiam solida-
rum partium, & nò quidem solius cordis, sed reliquarum
etiam de putredine participantium corporis partium di-
uersitate, diuersis procedendum erit remedijs.

CXXXI.

Spiritus autem putrefacti facilius & tutius quàm sudo-
riferis, præsertim suprà nominatis medicamentis è corpo-
re exturbari non possunt. Talia enim non solum quod de
spiritibus putrefactum est commodè educere, sed putre-
dinis seminaria cum spiritibus nondum putrefactis per-
missa sequestrare atque propellere quoq; possunt. Ea verò
intentione tum quoque expeditur dum pro contagio è
corpore exturbando Bezoartica sudorifera exhibentur.

CXXXII.

De solidis cordis partibus putrefactis auferendis, non
est quod medicus sit sollicitus, quod agrotantes citius pe-
ste interimantur quàm partes solidæ cordis, aut aliorum
etiam internorum viscerum computrescant.

CXXXIII.

Et si enim NICOLAUS MASSA, Venetorum olim me-
dicus celebris, & MATTHIAS CORNAX, Austriaco-
rum Principum Physicus, historias referant de putrefa-
ctis cordis solidis partibus, imò de putrefacto dimidio
corde: in peste tamen, in qua vt pote putredo non simplex

est, sed venenata & vehementer maligna, fieri omninò non potest, vt non prius ægrotantes intereant, quàm cordis partes solidæ putrefactæ sint. Nisi enim dum partes tales iam putrescere incipiunt, remedijs idoneis tempestiuè putrefactioni occurratur, citissimè ægrotantes à contagio, septicam quasi facultatem habente, etiam solummodo leuiter in solidas partes insinuato, enecantur.

CXXXIV.

Qua ratione verò aliæ corporis partes, solidæ nimirum externæ, putrefactæ tractari debeant, in thesibus chirurgiam concernentibus explicabitur.

CXXXV.

Humores autem putrefacti, quomodo auferri debeant, deinceps docendum est.

CXXXVI.

Humores putrefacti quomodo tollantur
Tolluntur quippe vel sanguine euacuato, vel humoribus alijs expurgatis, prout id natura ægri aliæq; ipsius circumstantiæ postulauerint.

CXXXVII.

Sanguis, quibus, quando & quomodo euacuari debeat in thesibus chirurgicis tradetur.

CXXXVIII.

Humores putrefacti seu benedicti autem his partibus expurgantur
Reliqui verò humores Catharticis remedijs, lenioribus autem seu benedictis, non fortioribus expurgari debent, vt Rhabarbaro, Tamarindis, Syrupo Rosarum composito, pilulis item pestilentialibus, Tryphera persica,

CXXXIX.

Fortiora purgantia abstinenda
A fortioribus purgantibus abstinendum esse in hoc morbo omninò arbitramur, quod vt Fracastorius monet, materia peccans in peste, paucò indiget stimulo, atq; fortia vel

tia vel acria purgantia humores totius corporis exagitant, & ad veneni receptionem habiliores reddunt, vires præsertim vitales eneruant amplius, atq; alui fluxionibus in peste periculosis, & alioquin non raris, antam præbent.

CXXXX.

Quocirca inter fortiora maximè improbamus vsum Antimonij, quod, magno sanè iudicio, medicus cæsareus Ioannes Crato, in arte medica celeberrimus, in peste quoque reprobatur, utpote inter alia symptomata vires prosteruens & magnam cordi angustiam inducens.

CXXXXI.

Experimenta quæ in libro de purg. med. facultatibus enarrat, Philosophus & Medicus summus Thomas Erastus præceptor olim & collega meus semper observantissimus, si vel sola perpendantur, meritò nos deterrere atq; dehortari debent ab eiusmodi violentis, Venenis potius quàm medicamentis, adeò ut rationibus multis hoc loco pugnare nobis non videatur necessarium.

CXXXXII.

Purgationes autem, quæ faciendæ sunt, fiant in principio morbi: Non tam enim adhibendæ sunt ut humores iam putrefacti educantur, sed in eum maximè finem in cacochymis corporibus purgationes quoq; requiruntur, ut cacochymia corporis ad putredinis receptionem apta, atq; vires grauans imminuatur, in morbi verò progressu à purgationibus abstinendum omninò putamus. Quam enim cæcè tunc sint periculosa, docet Hippocrates in libris morborum vulgarij ubi inquit: Purgationes multos offendebant, quorum subitò multi peribant, multis malum producebatur.



CXLIII.

*III. his haec sunt
Cheirurgia*

Cheirurgia tertium est instrumentum ad curationem pestis necessarium. Sub ea comprehenduntur venæ sectio, scarificationes, Tumorum præter naturalium curationes, & quæ his sunt similia.

CXLIV.

*Cum venæ sectio
adhibeatur*

Etsi autem venæ sectio, utpote remedium magnum, in peste, morbo nempe magno, videatur esse pernecessaria. Cum tamen experientia compertum fuerit, venæ sectionem non rarò pestilentibus vitæ discrimen attulisse, cautè cum ea ambulandum erit. Quocirca nostram sententiam, quando, quibus, quomodo, & in quantum sanguis sit mittendus explicabimus, acturi postmodum non nihil de aliorum rationibus contrarium statuentibus.

CXLV.

*Ante phlegmone
contagium aliud
hæc opponitur*

*Inter die phlegmone
hæc fit.*

Ad tempus ergo quod attinet, quando in peste vena sit secanda, iudicamus, vtiliter eam administrari, postquam cōtagium Alexiterio, sudoribus motis, oppugnatum fuerit priùs: Modo tamen diei naturalis spacium nõdum fuerit à principio morbi elapsum: Tunc equidem, ne quid de alijs causis venæ sectionem dissuadentibus dicatur, vires plerunq; debilitatæ in tantum sunt, ut sanguinis missionem ferre non amplius possint.

CXLVI.

*Antidoti exhibitio
non sic hæc
studet.*

Non ignoramus interim, aliquos pro tumore adparente vel non adparente, venæ sectionem vel ante aut post antidoti exhibitionem vsurpare. Cum tamè ipsa curandi methodus rectè consideratur, utiq; antidoti exhibitione, modo supra scripto, venæ sectione præcedere debere manifestè patet. Contagium siquidem pestilens, quod ante omnia, ne se vel in spiritus vel sanguinem vel reliquas partes amplius insinuare possit, è corpore eliminandum est, non

non per venæ sectionem expellitur, sed magis potius in ipsa corporis penetralia trahitur. Rectius verò antidoti alijsue remedijs à centro corporis ad circumferentiam vel propellentibus vel trahētibus oppugnatur. Accedit huc, quod, cum contagium septica sua facultate citissimè sese in omnes quasi corporis partes expandere possit, occasio eliminandi contagij ad modum præceps sit. Ea propter, nullo pacto occasionem esse negligendam, statuimus. Negligitur autem vel maximè dum venæ sectio antidoti exhibitioni præmittitur.

CXLVII.

Iis autem tuto venam secari posse arbitramur, qui consentiente ætate & viribus phlethoricum habent corpus, quiq; venas habent amplas atq; sanguine turgentes, quibus sanguis sæpe è narium aut aliarū partium venis spontè effluere antè consueverat, qui venæ sectionibus prius vsi quoque fuerint, qui consuetæ alicuius hæmorrhagias suppressione ad tempus laborarunt, qui deniq; peste correpti febre laborant humoralis.

CXLVIII.

Aliter autem affectis, venæ sectionem non saltem inutilem sed etiam periculosam atq; exitiosam existimamus, præsertim autē ijs, qui cacochymia laborant aut alioquin corpus habent macilentū atq; siccum. Sicut nec grauidis, aut ijs qui vnà cum peste, nariū aut alterius alicuius partis hæmorrhagia copiosa laborant, aut etiam vel vomitus multos, vel sudores, copiosiores, vel alui profluuium, vel etiam animi deliquia, aut alioquin virium magnam imbecillitatem patiuntur, venæ incisio non conuenit.

CXLIX.

Quin imò & hoc diligenter aduertendum, venæ sectionem nulli, quomodocunq; etiam affecto, tutam esse, qui pestife-

*Venerunt in p[er]p[et]ua
in terra in corpore
penetralia trahit
et d[omi]na prop[er]ta
hinc.*

*Phlebotomia p[er] lo
necis conuenit alijs
conuenit. C.*

*Cacochymia p[er] se
maintinetur p[er] se
corruptis n[on] est
sanguis m[er]ito.
stom[ach]i alijs.*



*Vnde si hinc
in Ephemeris
vel Hæticis
venæ sectio*

*in Tera altera
tionis, non in
tionis potest*

pestifera laborant febrili vel Ephemera vel etiam Hætica. Ut enim in alijs non malignis Ephemeris vel Hæticis venæ sectio locum non habet, sic multò minus ea in febribus talibus malignis prodesse poterit. Cum enim Hæticæ febres, in quantum tales sunt, alterationem, non autem euacuationem præsertim sanguinis, requirant, contagium etiam ipsum pestilens per venæ sectionem nullo pacto euacuari possit, utiq; eam utpote inutilem meritò in tali casu reprobamus: Præsertim etiam, quia vires, in Hæticis febribus pestiferis plurimum laborantes, per sanguinis missionem debilitantur magis. De ephemeris febribus res per se manifesta magis est, quàm ut rationes venæ incisionem dissuadentes, hoc loco adferre necesse sit.

CL.

*Cum in his morbis
ciderent in pesti
moria*

*In peste Parisi
sunt mortui*

Arbitramur autem inde fieri, ut peste grassante quandoq; accidat, ut omnes ij qui peste correpti venæ sectione utuntur, moriantur, plurimi verò eam non usurpantes convalescant: quod nimirum tunc pestifera febris grassetur, vel Ephemera vel Hætica. Sic Andernacus in tractatu suo de peste refert, suo tempore Parisijs alijsq; Galliarum locis accidisse, ut quotquot plebothomia usi fuissent, ij omnes mortui fuerint, ex alijs verò, euaserint plurimi. Idem Gesnerus in peste Tigurina obseruauit quoq;.

CLI.

*Pléthorica
non in
ma per
sunt*

Etsi enim corporum cacochymia communis phlebotomiam communiter quoque periculosam reddere possit, fieri tamen non potest, ut ad vnum omnes cacochymia laborare possint, sed peste utpote morbo nulli partente, afficiantur ij quoq; qui pura vel plethorica habent corpora & per consequens non omnibus venæ incisionem obesse utiq; possit.

In

CLII.

In eum verò modum phlebothomia administrabitur: *Quia in ma. Sicut*
 Tumori pestilenti si quis adsit, vel parti corporis saltem
 dolenti, adplicentur cucurbitulæ sine sacificatione vel in
 earum locum emplastra valide attrahentia ponantur. Sin
 verò tumor nullus vel etiam dolor adsit cucurbitulæ ni-
 hilominus emunctorijs locis adhibeantur. Quibus ita fa-
 ctis vena tundatur, ea nempe quàm locus tumore vel do-
 lore saltem affectus indicauerit. Verbi gratia si tumor vel
 dolor in capite vel ceruice constiterit humeralis in exte-
 na cubiti parte, quam Cephalicam nominant incidenda
 est. Vbi verò intermedijs à ceruice ad vsq; naturalia parti-
 bus tumor proruperit iecoraria quæ basilica vulgò dicitur,
 internam brachij Regionem per reptans vel mediana
 si illa non appareat, incidatur. Sin inguina, aut vicina his
 loca malum obsederit, vena in talo, quæ saphena recen-
 tioribus appellatur, aperiat. Hoc autem obseruan-
 dum, sanguinem ex eo potissimum latere mittendum,
 quod tumor doloruè siuè supra siuè infra infestat. Sin
 vtrunque affligatur, ex detro potius detrahendum. Sin
 verò pestis nullo prodeunte tumore vel dolore urgente
 hominem occupet, sanguis ex basilica vel vena communi
 dextrilatens dimittendus erit.

CLIII.

Quantitas emittendi sanguinis moderabitur secundum *Quia in ma. Sicut*
 vires agrotantis. Neq; enim ad animi deliquium vsq; san-
 guinem in pestiferis mitti tuto posse iudicamus: licet hoc
 ipsum aliquos Galeni curationem febris sanguineæ imi-
 rantes, probare non ignoremus. Quippe hac in re Auer- *9. Meth.*
 rhois sententiam recipimus, qua Galeno aduersatur, neq; *5. cap.*
 vnquam mitti ad animi vsq; deliquium sanguinem, debe- *7. colliget*
 re in peste statuimus. Neq; verò Galenus etiam in putridis *cap. 8.*
 febribus

G

febris omnibus tam copiosam sanguinis emissionem
probat, ut videre licet II. lib. de methodo medendi.

CLIV.

*Contraria sunt
colle sententia de
phlebotomia in peste*
Atq; haftenus explicauimus, quid de venæ sectione in
peste facienda vel omittenda sentiamus. Aduersantur ta-
men declaratae sententiæ viri in arte medica non conte-
mnendi quorum vna pars venæ sectionem in peste pror-
sus & vniuersaliter reijcit, altera verò pars, eam ipsam vni-
uersaliter in omni peste probat, atq; adeò ut quidam in
Medica arte alioquin clarus & non immeritò celebris,
scripserit ita absurdam esse quæstionem an conueniat in
peste phlebothomia, ut non sit digna, quæ medico in du-
bium ponatur. Superest ergò ut, quid de talibus contra-
rijs sententijs, earumque rationibus sentiamus, expona-
mus quoq;.

CLV.

*Quibus aiquis mibi
hic, qui vniuersaliter
probat. &c.*
Ad eos ergò qui vniuersaliter venæ sectionem in omni
peste probant quod attinet, ij præcipuis hisce vtuntur ra-
tionibus. **I.** Quod pestis magnus sit morbus, extremis au-
tè morbis extrema remedia conueniant. Ex ijs verò reme-
dijs præcipuū est venæ sectio, quam etiam in magnis mor-
bis Hippocrates probat 4. de rat. vict. in acutis. **II.** In omni
febre putrida saluberrimum esse venam incidere ait Gale-
nus II. metho: secanda ergo præsertim in pestifera quæ ma-
gnam putredinē sequitur. **III.** Ad stipulari his videtur Ga-
lenus, qui in 3. de vulgaribus morbis admiratur Hippocra-
tem, cur in Critonis curatione pestifera febre laborantis
de sanguinis missione non meminerit. **IV.** Assentiri Paul.
lib. 2. Aetium lib. 5. Auenzoar 3. Theisic, tractatu 3. & Rha-
sin in lib. de peste. **V.** Leuari naturam quæ corpus nostrum
regit, & exonerari, eo quo velut sarcina premitur, ut haud
ægre quod reliquum est, vincatur. **VI.** Phlebothomiam
aliam

aliam esse euacuantem, aliam euentantem, aliam deri-
uantem, posse ergò licet phlethora sanguinis non adsit,
euentantem vel deriuantem phlebothomiam, in quibus
exigua sanguinis portio omittitur, tuto adhiberi. **Ulti-**
mum est Argumentum, quod phlebothomia hætenus à
plerisq; etiam peritioribus medicis, pro curanda peste in
genere fuerit recepta & approbata.

CLVI.

Qui venæ sectionem ex toto in curatione pestis reijci-
unt hisce ferè vtuntur argumentis. **Primum est:** In omni
peste plurimum periclitari vires, phlebothomiam ergo
non adhibendam, ne debilitentur amplius. **II.** Per venæ
sectionem intra corpus trahi venenum, quod natura ipsa
foras ad cutim propellit, Naturam ergo ducem sequen-
dam potius, quam eius motum venæ sectione retrahen-
dum. **III.** In ijs qui ob sumptum vel alia ratione sibi inflit-
tum venenum periclitantur, non autem talibus venenis,
non esse abstrilem. **IV.** **V.** Vna die duas euacuationes vi-
res manifestè debilitantes, nõ esse administrandas. Ideoq;
omissa venæ sectione, sudores antidotis solummodo esse
mouendos. **VI.** Galenum in lib. de cibis boni & mali succi
asserere: Grassante Romæ pestilentia non ausos esse medis
cos sanguinem ducere etiam initio, nisi per paucis, nec
abs re eos fecisse, quum vires prius dissoluerentur. **VII.**
Gal 9. de simpl. med. facul. pestilentia affectos, quibus
sumpta est bolus Armena curatos testatur: quibus verò id
medicamentum non profuit, nullum præterea auxilium
profuisse: **Eracastorius** deniq; phlebothomiam omnem in
peste reijcit, quoniam rarissimè in nobis primò fiat, sed
extrinsecus veniat, aut è fomite aut etiam aëre, aut ex vno
in alium: & quocunq; modo eueniat, phlethomiam ta-
men seminaria non posse educere.

*Quibus vires Q. h. e.
in totum in ijs cin-
tur in peste.*

G 2

Atq;



CLVII.

Atq; enarratis ferè rationibus vtuntur qui venæ sectio-
nem in peste vniuersaliter vel suadent, vel reiiciunt. Et si
autem in ea controuersia (quæ sanè nō de Lana vt dicitur
caprina agitur, sed de hominis potius controuertitur
vita, quæ ob neglectam vel administratam phlebotomi-
am in discrimen extremum, trahi potest) ambiguum &
difficile sit, statuere certi quidpiam: Vtrinq; enim vrgent
rationes non contemnendæ, vrget item experientia per-
hibens phlebotomiam plurimis profuisse, nō paucioribus
vicissim obfuisse. Arbitramur tamen, posse nos tuto agere,
si in tali controuersia mediam quandam ingrediamur vi-
am, eam nimirū quàm supra monstrauiamus, quibus nem-
pè, quomodo & quando venæ sectio adhiberi debeat. Ne-
mini interim volumus nostra sententia, quicquam præ-
iudicatum: imò potius cuiuis meliora monenti acquie-
scemus libenter.

*Mediā in hac con-
trouersia vult etiam
da nia.*

CLVIII.

Vt verò sententia nostra eo magis confirmetur, respon-
dendum erit ad enarratas rationes nobis vtrinq; aduers-
santes.

CLIX.

Ad primam itaque rationem, eorum nempè qui venæ
sectionem vniuersaliter probant, quod attinet, non infi-
ciamur pestem morbum esse magnum: imo non saltem
magnus sed & maximus est. At Hippocratis præceptum
nō ita perpetuum est, vt in curatione venenatorum mor-
borum vbiq; locum habeat. Equidem in ictu scorpio-
num, rabidiuè canis morfu, Galenus 13. meth. cap. 6. du-
plicem indicationem curationis præscribit: Vnam virus
euacuando, alteram id quod dolorem excitat alterando:
Euacuationem verò non pharmaco purgatorio aut phle-
botom

*Refero in glo. & in
textu.*

bothomia faciendam docet sed ijs potius remedijs quæ
vehementer attrahunt, vt sunt cauteria, cucurbitulæ, &c.
Non dubium autem est, siue periculum, siue symptoma-
ta, siue malignitatem morsus animalis venenati spectes
eos pro morbis quoq; magnis esse habendos.

CLX.

Locus Galeni ex II. Meth. adductus pro secūda ratione, *pro de agla.*
nō de omnibus febribus loquitur putridis in genere, alio-
quin febres putridæ ex cruditatibus excitatæ venæ sectio-
nem quoq; requirerent, Eam verò tunc Galenus vt patet
in 2. ad Glauconem dissuadet. Sed agit potius locus cita-
tus de febribus putridis, à phlethora excitatis: Id quod fa-
cile ex ijs quæ Galenus subiunxit, demonstrari potest.

CLXI.

In Critonis curatione non immeritò miratur Galenus, *Fortis Re.*
cur ab Hippocrate venæ sectio fuerit omissa, quia nempè
Crito testante Galeno phlethora magna laborauerit :
qua existente, reliquis consentientibus venæ sectionem,
ne nos quidem reprobamus.

CLXII.

De citatis aliorum autoritatibus, ne de ijs necesse sit
multa dicere, facilè opponi possunt autoritates etiam
valentiores.

CLXIII.

Per venæ sectionem item, naturam in phlethorico cor- *In phlethorico corpore*
pore leuari à premente sarcina concedimus : In alijs verò *humilis contra : at in*
corporibus idem non, sed potius contrarium venæ sectio *alij minime.*
præstabit : Euacuato enim tunc bono sanguine, reliqui
humores ceu freno destituti, eò magis naturam premere
possunt. Sed nec in inphletorico corpore laborante vel

G 3

Ephemere

• Ephemera vel Hectica peste, tantum ex sanguinis immi-
• nutione commodi potest euenire, quantum incommodi
• ex euacuatione spirituum atque retractione contagij ad
• interiora necessario sequitur.

CLXIV.

*In p[er] euentatione
aut deriuatione p[er] p[er]
solennia p[er] p[er] ad
m[er]it[um].*

Eodem pacto euentans aut deriuans venæ sectio non
tantum commodi in corpore non phlethorico vel peste
Ephemera aut Hectica præstare potest, quantum periculi
indè ob prædictas causas expectandum. Satius ergò est
euentationem sudoriferis, deriuationem attrahentibus
extrinsecus appositis moliri.

CLXV.

*Qui in p[er] p[er] p[er]
p[er] p[er] p[er] p[er]
p[er] p[er] p[er] p[er]*

Phlebothomiam deniq; hætenus in genere pro curã
tione fuisse receptam scimus, sed non à peritioribus ap-
probata vniuersaliter: Præterquam autem, quod multi-
tudo errantium non parit errori patrocinium, hoc con-
stat, errorem hunc phlebothomiæ à celeberrimis & exer-
citatissimis nostri seculi medicis fuisse reprobaturum: Es-
eorum numero sunt Fraecastorius, Trincauella, Massa, Lan-
gius, Andernacus, Gesnerus, &c.

CLXVI.

*Ad cæterorum verò rationes,
phlebothomiam ex toto
in peste reiicientes, quod attinet,
etsi quidem in peste vi-
res labefactentur citissimè,
tamen phlebothomia non
propterea prorsus omittenda
in phlethorico corpore,
in quo viribus, sanguinis
moderata missione, naturam
ab onere quasi releuante,
succurritur magis quàm officitur.
Neque enim ab initio ita vires
semper sunt debilitatæ,
vt sanguinis missionem ferre
non possint.*

Ad cæterorum verò rationes, phlebothomiam ex toto
in peste reiicientes, quod attinet, etsi quidem in peste vi-
res labefactentur citissimè, tamen phlebothomia non
propterea prorsus omittenda in phlethorico corpore, in
quo viribus, sanguinis moderata missione, naturam ab
onere quasi releuante, succurritur magis quàm officitur.
Neque enim ab initio ita vires semper sunt debilitatæ, vt
sanguinis missionem ferre non possint.

CLXVII.

• Vt verò per sanguinis missionem contagium eo minus
intra corpus trahatur (id pro secunda ratione adfertur)
cucur-

cucurbitulæ aut alia remedia valenter attrahentia tumo-
ri apparenti aut loco dolenti, aut si nihil eorum adhuc ap-
paruerit, emunctorijs partibus adponantur ante venæ se-
ctionem, ibique in ipsa sanguinis emissionem, & post etiam
aliquandiu relinquuntur.

CLXVIII.

Neq; verò phlebothomia omittenda in curatione pe-
stis, quod ea non adhibeatur ijs qui alijs venenis periculis
tantur. Alia enim venena pleraque cordis potius substan-
tiam infestant quam humores: In humoralis autem peste,
in qua nos phlebothomiam concedimus, sanguini con-
tagium permiscetur, isque inde putrefit & corrumpitur:
Eoq; magis dum ob suam copiam neglecta venæ sectione
non imminutam non euentatur. Quin nec in curatione
affectuum venenis inflictorum semper venæ sectio omittitur:
tam enim Auicenna in curatione morsus rabidi canis non sine
ratione admittit.

CLXIX.

Vna dies duas euacuationes vires manifestè debilitantes
non esse administrandas omninò concedimus. At
vtraq; euacuatio sanguinis nempe missio & sudorum ex-
pulsio, viribus etsi à prima fröte incommodare videatur,
tamen reuera in recessu ijsdem viribus succurrit magis,
euacuando nempe id ipsum, quod viribus maximè erat
noxium. Adde quod sudorifera ea, quæ prudentiores me-
dici præscribunt, habeant peculiarem facultatem vires
etiam roborandi. Vnde Galenus in libro de Theriaca ad
Pisonem scribit: Theriacam in tantum roborare, vt licet
sudores potenter moueat, tamen eosdem nimium fluentes
cohibeat quoq;.

CLXX.

Cur item medici Romæ grassante peste non nisi per
paucis

paucis sanguinem emiserint, causa addita est, quia nempe vires citius dissoluerentur: quo casu, ne nos quidem venæ sectionem approbamus.

CLXXI.

Quæ pro septima ratione de bolo Armena adferuntur, si concedantur, non saltem phlebotomiam sed & omnia alia pestis remedia, vt Theriacam Mithridat: similesq; saluberrimas antidotos, inutiles esse concluderent: id quod absurdum esse ratio atq; experientia ostendunt.

CLXXII.

Quando phlebotomia per se non videtur
Quod deniq; phlebotomia pestis seminaria seu contagium ipsum non educat, vt Fracastorius vult, concedimus in Ephemera & Hæctica peste ita sese habere: at in Humorali, in qua contagium sanguini magis est communicatum, non dubium est quin per missionem sanguinis de contagio aliquid quoq; euacuari possit. Quin & ipsa phlebotomia in ea peste adhibetur non tam vt contagium per ipsam euacuetur, quam vt corruptus sanguis ex corpore in quantum fieri potest educatur, non corruptus verò sic copia sua naturam premat, imminuatur, atq; ne contagij putrefactionem facilius recipiat euentetur. Sed de phlebotomia nunc sit dictum satis, &c.

CLXXIII.

phlebotomia loco scarificata
Cap. 20. Atque cum ex supra enarratis constet, phlebotomiae usum in peste frequenter esse noxium, Non inutile erit phlebotomiae loco scarificata cute cucurbitulis sanguinem imminuere: Testatur sane Galenus in lib. de cucurbitulis, scarificat, &c. dum pestilentia magna Asiam deprehendisset, multosq; perdidisset, non solum se peste correptum, sed & alios multos extracto sanguine per cucurbitulas fuisse seruatos.

Adpli-

CLXXIV.

Adplicabuntur autem cucurbitulae facta sacrificacione plagis sat altis, si in superioribus partibus tumor vel dolor sentiatur, scapulis & brachijs: si in inferioribus partibus existant, Lumbis, natibus aut etiam, vt Galenus in semetipso fecit, cruribus.

DE SYMPTOMATIS.

CLXXV.

Comitantur pestem innumerabilia eaque seuissima symptomata, quorum vt medicus rationem, in ipsa pestis curatione, quoq; habeat per necessarium est.

*huc dicitur de sympto-
matum in peste
rationem habet.*

CLXXVI.

Ex symptomatis autem frequentioribus sunt Tumores in diuersis corporis partibus erumpentes, vt Parotides, bubones, carbunculi, &c.

CLXXVII.

Ad talium itaq; tumorum curationem quod attinet, etsi alioquin methodus curatiua doceat, in curatione tumorum in principio ratione humorum adhuc affluentium repellentia adhibenda esse, in pestilentibus tamen tumoribus, quod materia affluens venenata sit, tantum abest vt repellentia locum habeant, vt etiam pro ijs attractiua potius sint quouis modo adplicanda: Idq; vt virus pestilens ex corpore euacuetur, ne nimirum ad coraliaq; nobiliora viscera recurrat.

*in his humoribus
tumoribus pesti-
lis repellentia
non sunt adphi.*

CLXXVIII.

Quapropter tumori adparenti quamprimum cucurbitulae adplicandae sunt, aut Gallus adhuc viuus cum podice, ea tamen prius deplumata, tumori adaptari debet rostro inrerim obturato. Gallo eo mortuo, alius adplicetur, donec tumor ad iustam euocatus fuerit magnitudinem. Horum remediorum loco cepa in medio excauata, Theriacaca vel Mithridatio repleta, atq; sub cineribus calentibus

*Cucurbitulae tamen
adplicantur.*

H

tostra



*Emp. lachry. pro pino
carid. lachry. lachry.
de qua materia
Compo. marte*

folia, postmodumq; contusa tumori magno cum fructu, emplastri loco imponi potest. Alij ex caricis, ex allio, ex fermento acri, ex stercore columbino, &c. emplastra parant pro euocandis tumoribus non inutilia. Exijs emplastris, quæ in officinis parata semper habentur, vtilissimum est Emplastrum diachylon cum Gummis.

CLXXIX.

*Tumor euocandis
scalpello apert.*

Euocato tumore, non expectandum donec in totum maturescat, sed is aperiendus erit medicamento vel caustico vel scalpello. Medicamentum ruptorium fieri potest ex radicibus liliorum alborum, semine fœnugræci & lini vnâ decoctis. His postea addatur salis ammoniaci, calcis viuæ, calchanti an: ʒj. Fermenti ʒss. Misceantur atq; tuberculo imponantur: Vbi foramen excitauerint, quam primùm tollantur.

CLXXX.

*Tumor in igna p. b.
apert.*

Si scalpello abscessus aperiatur, in ima tumoris parte id fiat vt materia maligna inde facilius tanquam per emissarium effluere possit. Atq; pro sedando dolore ex incisione

*Quotid. dolo. ex
immaturi tumoris
apert. excita. to
Sec. hinc.*

immaturi apostematis excitato, foueatur locus adhibita sponsia madefacta in decocto maluæ atq; florum chamomillæ, quo facto liniamenta vlceri imponantur, illita vnguento parato ex ouorum luteo atq; ʒij. mellis rosati: adapterur verò nihilominus, apostemati emplastrum atrahendi maturandi atq; pus mouēdi facultatem habens: quale hoc est quod, Rec. Radicis altheæ, rad. lilij albi an: ʒ. ʒ. Seminis lini, fœnugræci an: ʒ. iij. ficus pingues numero iij. coquito in aqua fluuiali sublatis ab igne addatur adispis Gallinæ, Terebinthinæ, styracis liquidæ an: ʒij. Ceræ parum: fiat emplastrum, quod illinitum linteolo in medio foramen vnum atq; alterum habenti, imponatur apostemati.

CLXXXI.

Relinquatur autem vlcus diu apertum, vt virus pestilens

lens integrè effluere possit, ne ad interiora recurrens no-
uum creet periculum.

*Ubi s. humoris p.
piferi aut s. apu-
tis utimur.*

CLXXXII.

Vbi verò corpus totum rectius habere cœperit, viresq;
restitutæ fuerint, atq; ex vlcere nihil amplius puris vel sa-
niei effluerit tunc vlcus Sarcotico medicamento occlu-
datur: quale est quod, Rec. Aristolochiæ rotundæ ꝓ. j. cen-
taurij minoris, pimpinellæ, bethonicæ an: M. ꝓ. coquantur
in vini rubri hemina ad dimidias; Colētur & exprimantur
fortiter, expresso adde picis ꝓ. seui caprilli ꝓ. ij. Cera ꝓ. ꝓ.
coquantur omnia simul ad succi expressi abluptionem
tandem ablatis ab igne adde pul: mastichis ꝓ. ij. ꝓ. Alo-
es ꝓ. ꝓ. resinæ Terebinthinæ q. s. Misce fiat emplastrum.

*Quando Sarcotico
in his s. u. lig. oc-
cludendum.*

CLXXXIII.

Carbunculus seu Anthrax adparens cucurbitula adpos-
ita extrahatur: Ferro candente inuratur, aut circumcidat-
ur ne serpat. Si ægervstionem aut incisionem non admi-
serit, fermētum acre cum puluere cantharidum atq; acer-
rimo aceto mixtum imponatur, Eschara Oleo Lini vel bus-
tyro illinatur: Ea resoluta vulnus diu apertum mūdumq;
seruetur, tandemq; vbi in corpore nihil amplius virulen-
tiæ metuitur, sarcotico occludatur.

CLXXXIV.

Reliqua symptomata, vt Exanthemata, alui profluvia,
capitis dolores, animi deliquia, vigiliæ, deliria, aliaq; in nu-
merabilia, ea auertantur merhodo, qua in alijs febris i-
p̄s occurritur, vnica hac adhibita cautione, vt semper pe-
stilentis malignitatis habeatur ratio, quanta potest maxi-
ma. Ideoq; medicamēta quæ symptomatum respectu ad-
hibentur vel talia vsurpentur, quæ suapte natura venenis
resistant, vel si alia pro diuersitate symptomatum vsur-
panda sint, ijs tamen alexipharmaca, in quantum id fieri
potest, commisceantur, &c.

F I N I S.



HEIDELBERGAE



M. D. LXXXIIL

Q 4077 a

ULB Halle


3


002 186 144



55-







LVD OVICI

GRAVII MEDICINAE DO-
CTORIS ET PROFESSORIS OR-
DINARII IN INCLYTA ACADEMIA
HEIDELBERGENSI.

THESES DE PESTE:

*IN QVIBVS PESTIFERÆ LVIS
natura, præseruatio & curatio methodicè exponuntur,
nonnullæq; quæstiones circa eam materiam con-
trouersæ accuratè discutiun-
tur.*

TEMPORE ET LOCO
CONSVETO AD DISPVTANDVM
propositæ.

RESPONDENTE
M. GEORGIO SCHALLINGIO
RATISPONENSI.

HEIDELBERGÆ
Excudebat Iacobus Mylius.

M. D. LXXXIII.

109

